

## CAPUT IX.

De ritu, seu ceremoniis quibus celebrari Missa debet.

Quæst. I. Quotuplex est caeremoniarum Missæ genus?

Quæst. II. Quot sunt ornamenta sacerdotalia?

Quæst. III. Quenam sunt sacrarum vestium mystice significationes?

Quæst. IV. Licitam ne aliquando est absque sacris vestibus celebrare?

Quæst. V. Urget ne præceptum recitandi præscriptas preces in vestibus sacris induendis?

Quæst. VI. Licitum ne est ad evitandam mortem sine vestibus sacris celebrare?

Quæst. VII. Quid dicendum de vestibus ipsius Sacerdotis, de capillitio, annulo, & baculo?

Quæst. VIII. Quot in partes Missa tribuitur, & quæ caeremoniæ ipsam comitantur?

## CAPUT X.

Nonnulla alia quæstioncule circa Rubricas, & ritus Missæ celebrandæ.

Quæst. I. Est ne peccatum mortale negligere Rubricas in Missa celebrandâ?

Quæst. II. Qui omittit aliquam Missæ partem, peccat ne mortaliter?

Quæst. III. Licet ne aliquid addere, vel immutare in Missa?

Quæst. IV. Quid de verborum expressione dicendum?

Quæst. V. Quantum temporis insumere Sacerdos debet in Missa celebrandâ?

Quæst. VI. Quæ distractio mentis reputanda est mortalis in Missa celebrandâ?

FINIS.

LIBER PRIMUS  
DE SACRAMENTIS

IN GENERE.

## DISSERTATIO UNICA.

CAPUT I.

Propositiones ab Ecclesia damnatæ.

## ALEXANDER VII.

damnavit sequentes.

8. **D**uplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licite accipere, applicando pœnitenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet celebranti correspondentem; idque post decretum Urbani VIII.
9. Post decretum Urbani potest Sacerdos cui Missæ celebrandæ traduntur, per alium satisfacere, collato illi minori stipendio, alia parte stipendii sibi retenta.
10. Non est contra iustitiam pro pluribus Sacrificiis stipendium accipere, & Sacrificium unum offerre; neque etiam est contra fidelitatem, etiam si promittam, promissione etiam iuramento firmata, dari stipendium, quod pro nullo alio offeram.

38. Mandatum Tridentini factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi quam primum, est consilium, non præceptum.

39. Illa particula quam primum intelligitur, cum Sacerdos suo tempore confitebitur.

## INNOCENTIUS XI.

1. Non est illicitum in sacramentis confendendis sequi opinionem probabilem de valore sacramenti, relicta ratione, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabilis tantum utendum non est in collatione baptismi, ordinis sacerdotalis, aut episcopalis.

Conc. Theol. Tom. VIII.

29. Urgens metus gravis est causa iusta sacramentorum administrationem simulandi.

56. Frequens confessio, & communio etiam in his qui gentiliter vivunt, est nota prædeterminationis.

## ALEXANDER VIII.

22. Sacrilegi sunt iudicandi qui ius ad communionem percipiendam pretendunt, ante quam condignam de delictis suis penitentiam egerint.

23. Similiter arcendi sunt a sacra communione quibus nondum inest amor Dei purissimus, & omnis mixtionis expertus.

29. Valuit aliquando baptismus sub hac forma collatus, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, prætermisiss illis verbis, Ego te baptizo.

30. Valet baptismus collatus a ministro quæ omnem ritum externum, formamque baptizandi observet; intus vero in corde suo apud se resalvit: Non intendo facere quod facit Ecclesia.

§. I.

Brevis expositio thesæ ab Innocentio XI. præscriptæ.

I. Prima thesîs præscripta a Ven. Innocentio XI. est legitimum confectarium Probabilissimi. Ante cuiusmodi thesîs præscriptionem, Probabilissimæ maioris ex parte (nam circiter septuaginta numerantur) usum Probabilissimi in quacumque materia licitam prœgnabant. P. Gabriel Vaquez 1. 2. p. 18111.

A 6. 111.

c. 111. & III. Part. *disp. cxlvi. c. 11. num. 27.* docent ledi quidem caritatem, secus reverentiam sacramenti debitam, si in administrandis sacramentis sequamur opinionem minus probabilem. Idem docent P. Thomas Sanchez *Lib. I. in Decal. cap. ix. num. 33.* ubi hac habet. *Existimo tamen probabilibus esse licere in sacramentorum administratione uti opinionem minus probabilem, relicta probabiliore, ac tunc, non obstante irritandi sacramenti periculo, cum dupli- citem rationem limitationis. Prior est, ut sit in re que non est contra communem Ecclesie usum praesentem ut eo modo, & non aliter administrantur sacramenta. . . . Posterior est, ne pars minus tuta, quamvis probabilior sit, de- rogat obligationi & caritati, & misericordiae respicientis remedium proximi.*

II. P. Dominicus Viva in hac thesina num. 8. refert, PP. Serra, & Ledesma Dominicanos docuisse datam propositionem: potuisset addere etiam *Medinam, Idephonsum*, & alios illius Ordinis Probabilistas, quos ego non minus ac Probabilistas alterius instituti, confutare soleo. Unum ego petere iure valeo, ut qua libertate P. Viva cum aliis recenter laxas Dominicanorum quorundam qui post Medinam usque ad annum circiter 1656. scripserunt, opiniones, eadem mihi aliorum Probabilistarum opiniones, morum integritati adversas, resellere sine reprehensione licitum sit; non ut vices rependam, sed ut lectores instruam, & quid cavere illi debeant, patefaciam. Medina, Idephonfus, Ferre, Serra, Zanardus, & pauci alii Dominicani Probabilistae vix noti sunt Confessarii, Parochi, aliique qui morum doctrinae student: siquidem Auctores illi volumina eviderunt Theologiae scholasticae, & de actibus humanis scribentes Probabilistam controversiam tractarunt. Istorum libri in bibliothecis iacent, nullaque notocentum inserunt. Et hoc est in causa quo ego illum examen praetereo. At opera Tamburini, Egoarbi, Castropalaei, Sporer, Viva, Salmanticensis, Leandri, Diane, Bonacinae, & similia, omnium manibus tenentur: idcirco istorum opiniones, qua imbecillitati meae falsae, & laxitatis plenae apparent, resello, lectione, ut ad eadem caveant, moneo. Hinc usque pertinet in hoc negotio consilium meum. Sed haec dicis causa. In leniam revertantur.

III. Ratio cur pluraquam septuaginta Probabilistae cum Medina propugnantur damnata thesina, est unica totius Probabilistae basis, & fundamentum. Inquirent enim: Qui sequitur opinionem probabilem, omnia tutore, prudenter, atque adeo licite operatur:

ergo qui amplectitur opinionem probabilem de valore sacramenti, quamvis omittat tutorem, prudenter, ac licite operatur. Probabilistae qui post damnatam thesina scripturarum, disparitates assignare conantur varias; sed omnes ineptas demonstrento Tom. II. *Appar. ad Theolog.* & iam omnia effugia praeculsi Tom. II. *Hist. Probabilismi.*

IV. Opinionem supra relatae Valquez, & Sanchez damnatae censo, si minus explicite, saltem implicite. Nec limitationes adiectae a P. Sanchez vim damnationis elevant. Nam eiusmodi limitationes continentur in ipsa scriptura thesi. *Nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi.* Nec ipse P. Dominicus Viva *loc. cit. n. 11.* audeat asserere praefatam opinionem non esse implicite scriptam: solum asserit explicite damnatam non esse. Mihi nunc fat est admodum lectionem, hanc opinionem fallam esse, & improbandam, tanquam sacramentorum dignitati iniuriosam. Quasi quidem minor probabilitas in conspectu maioris violat caritatem, & fatentibus *Valquez, & Sanchez*, erga proximum: quia, neglecto remedio certo, porrigitur minus certum. Ergo eadem ratione pessumdatur religio, & reverentia erga sacramenti dignitatem, quando omnia sententia probabilior, & tutiore, eligitur opinio minus probabilis: quia contingere potest ne adhibeatur in sacramentis conscientis materia a Christo praedestinata: Plura adversus praefatam doctrinam mihi dicenda essant, nisi & *loc. cit.* multa dicta fuissent, & iterum infra dicenda forent.

V. Haec pauca delibare volui, praesquam ingrederer tractatum sacramentorum, ut cautum lectorem redderem in legendis libris quorundam Casuistarum, praesertim in controversiis de sacramentis. Licet enim non probabilistae absolute subscribant damnatae thesi, nihilominus variis commentis vim damnationis elevare student. P. Dominicus Viva *loc. cit. num. 10.* distinguit eam aliis probabilistae opinionem speculativam, & probabilitatem praefatam, ut a damnationis censura subducatur doctrinam Cardinalis de Lugo, qui *disp. VIII. de peccat. n. 273.* docet in administratione sacramentorum licitum esse sequi opinionem praefatam probabilem, omnia tutore. *Quae sententia*, inquit P. Viva, *neque hic resistenda*. Hoc P. Viva committunt, sane vanissimum, passus deludat damnationem thesi. Numquid Auctores damnatae thesi loquuntur de probabilitate speculativa, & non practica? At non loquuntur de probabilitate dirigente operationem, seu

seu administrationem sacramentorum? An omnes Probabilistae ut operatio licita sit? Atque, inquit, nulla opinio est praefatam, quando exponit sacramentum periculo frustrationis. Ergo erravit De Lugo, iudicatum esse universim in sacramentis conscientis sequi opinionem praefatam probabilem, omnia tutore, & probabilior. Ergo gravis, ut mea minima praesert opinio, errat P. Viva, qui post praesertam thesina propugnat, hanc Cardinalis De Lugo sententiam non esse rescindendam.

VI. Relictis itaque captiosis commentis, quando de sacramentorum valore agitur, tutior opinio amplectenda est. Plura hic dicenda forent de iurisdictione probabilis contra eundem Viva, & La-Croix, qui Probabilistae iura, ut mihi videtur, nimis amplificavit. Verum haec discutenda remitto ad tractatum de Penitentia.

## §. I I.

## Propositiones laxae Casuistarum.

I. P. La-Croix *Lib. VI. part. 1. num. 102.* Dicendum est. . . eum non peccare mortaliter qui in mortali forma sacramenti inchoat, dummodo ante expressionem ultimae partis essentialis sit in statu gratiae; quicquid in contrarium dicant Avera, & alii.

II. P. Mattheus Moya in *quest. select. Tom. I. tract. 11. Mystellan. qu. est. 11. §. 2. num. 13. & 14.* Non est cur ob metum, saltem mortis, non liceat simulatione huiusmodi in omnibus sacramentis uti. Hinc si haereticus (non in odium fidei) minaretur mortem Sacerdoti, nisi omnem panem in foro extenderet consecraret, posset ille consecrationis verba proferre absque intentione consecrandi, absque ullo peccato contra religionem, vel iustitiam, & absque ulla mendacii labe.

III. Ioannes Sanchez in *select. disp. xxxv. num. 6.* Nec obstat aliquos adorare talem panem tanquam consecratum: erit enim idololatrya materialis, quam Sacerdos in illo calu vitare non tenetur.

IV. P. Hieronymus Llamas in *Method. I. Part. cap. 1. §. 3. & Part. II. cap. 11. §. 12.* Vido Leandrum a SS. Sacramento *Part. I. tract. 1. disp. vii. qu. est. VIII.* Ad alia administranda sacramenta, immo & Eucharistiam sacram alitis dandam, non creditur obligare praecipuum contritionis. Quia

qui sacramentum administrat in mortali, non ponit obicem gratiae. . . ergo non est nova culpa, cum dicit sacramentum non sit recipiens. Granados *ibidem* probabiliter reputat hanc opinionem.

V. Torrella *Tom. II. Sum. tract. 19. disp. 1. cap. 4. n. 5.* Capax est baptismi infans in utero matris, est nulla eius pars in laetum commode, dummodo aqua introduci ibi possit.

VI. Idem Torrella *loc. cit. disp. 11. cap. 11. n. 3.* Nullum est peccatum, sacramentum confirmationis non recipere, etiam in eo qui commode potest, nisi ex contemptu illud omittat. Nec illud contemnere est iudicandum, nisi illud non recipere eo sit vel quia parvi momenti, vel indignum sibi, vel ut periculis libeat.

VII. Idem Torrella *ibid. cap. 111. num. 8.* Necessitate sacramenti in confirmatio non requiritur quod unctio fiat digito Episcopi: sufficit enim ad valorem quod aliquo instrumento fiat.

VIII. P. Dominicus Viva in *Curf. Theolog. Part. V. qu. est. 111. art. 2. num. 6.* Respondet deo cum communi apud Diamant. . . esse mortale illud (sacramentum confirmationis) nolle suscipere, praecio contemptu, & scandalo. Immo ex Trull. & Henr. contra Nav. apud Coninck, nec veniale quidem, cum nullibi extet praecipuum de illo suscipiendo.

IX. P. Claudius La-Croix *Lib. VI. part. 1. dub. 3. num. 395. quest. lxxii.* Quid praeterea notandum sit circa necessitatem consecrationis? Resp. Fuisse olim praecipuum ecclesiasticum, ut susciperetur confirmatio, colligit Dicitillo hic num. 105. ex variis Conciliis, & dictis SS. PP. Rege autem docet dub. 10. cum communi, per detestandum nunc desisse illud praecipuum.

X. P. Thomas Tamburinus *Lib. III. de Confirm. cap. 111. §. 4. num. 2.* Non tamen idem peccant nec mortaliter, nec venialiter, si circa contemptum, vel quid simile, data occasione id negligant: quia de hoc nullum apparet praecipuum: quae est sententia Suarez. . . contra Caietana num. 4. & alios nonnullos, putantes esse veniale. Unde non est *filiae adhibenda Leandri*. . . qui trahit ad se Suarezium, quasi concedentem esse veniale.

XI. Sylvester verb. *Eucharistia* §. 1. „Videtur mortale in tali articulo (mortis), contentem, idem negligenti communicare. . . Sed quia Iulio Eucharistiae non

et ex necessitate salutis; sed ex statuto Ecclesie; ideo verius est, hoc non esse mortale, ubi sola negligentia est in causa. XII. P. Paulus Layman *Lib. V. tract. IV. cap. v. num. 4.* Quare ita distinguendum est cum Paludano . . . Vel infirmus paucis ante, puta octo, vel decem diebus communicavit, cum sanus esset, & nihil de mortis periculo cogitans: tunc non tenetur iterum communicare in morbum lapsus. XIII. P. Didacus Nugo Cabauo in *III. Part. D. Thom. quest. lxxxi. art. 8. dub. 1.* Fideles non habent divinum preceptum suscipiendi sacramentum confirmationis. . . . Nullum est postquam preceptum ab Ecclesia de sacramento confirmationis. . . . Per se loquendo non est peccatum etiam veniale non velle suscipere hoc sacramentum. XIV. P. Mattheus Moya in *quest. select. Tom. I. tract. IV. Miscellanea de Sacram. quest. xl. num. 7.* Unde facile diluitur fundamentum asserentium esse peccatum veniale, eo quod sit spiritualis quadam prodigalitas se privare tanto fructu huius sacramenti (confirmationis) quando quis commode percipere potest. Que quidem ratio nimium probat, ac proinde nihil. XV. Idem P. Moya *loc. cit. num. 11.* Ex eo quod non detur preceptum confirmationis per se loquendo, inferunt non esse veniam eius omissionem. . . . Ergo ex eo quod nullum detur preceptum prohibens suscipere ordines, non procedente confirmatione, inseritur similiter non esse veniale ante confirmationem illos suscipere. XVI. PP. Salmanticenses *tract. 1. cap. vii. punct. 11. num. 107.* Immo si confessionem sacramentalem in peccato mortali tantum audiat, dummodo habeat propositum confitendi, vel habendi actum contritionis, antequam verba absolutionis proferat (non peccat mortaliter) ut dicunt Henriquez, & Diana. XVII. P. Leander *tract. vii. disp. ix. quest. vi.* Ego vero sub distinctione respondeo. Si particula enim (in verbis consecrationis) omittatur ex contemptu formalis, mortale erit illud omittente; quia contemptus formaliter est, directe se opponere precepto superioris, quod est mortale. Si vero omittatur ex contemptu materiali, nempe quia preceptum est de re levi, tunc non erit mortale illud omittente. XVIII. Idem Leander *loc. cit. disp. vii. quest. lxi.* in causa quo maritus minaretur mortem uxori, nisi communicaret, ut sic

suspicionem adversus illam abiceret: tunc enim optime poterit simulare se Eucharistiam suscipere, sicut poterit simulare se sacramentaliter confiteri: quia in eo casu optime poterit abique mendaciis crimine uti acquiescere; ergo & Sacerdos etiam simulare se hostiam in os eius immittere. XIX. P. Claudius La-Croix *Lib. VI. part. 1. de Euch. num. 546. §. 4. Docent Suar. Valsq. Say. Marchant. Nugn. Lugo num. 150. Diana part. 2. t. 14. ref. 61. Dicaltil. num. 155. Aver. §. quinto; Io. Sanch. d. 31. num. 12. Gob. num. 440. Pelliz. de Regular. t. 6. cap. 1. num. 69. Leander num. 385.* & in hoc conveniunt fere omnes, inquit Moya *1. v. quest. vi. §. 1.* citans valde multos, quod Sacerdos non teneatur hoc precepto, si habens epiam Confessarii non sit confessus ex malitia; quia licet gravior peccet, tamen in preceptis positivis non valet argumentum a minori ad maius, vel ad simile, uti cum communi Lugo in *Resp. Mor. Lib. IV. dub. 47. num. 5. Tridentinum* autem loquitur de eo qui necessitate urgente celebravit sine confessione pravia. Sed si fuerit copia Confessarii, non fuit necessitas urgens celebrandi abique confessione pravia. Ergo nec tunc tenentur ad confitendum quam primum. *Hac sententia est probabilis.* XX. P. Thomas Tamburinus *Lib. de method. commun. cap. 1. §. 6. num. 50.* In casu dubio, an verba aliqua legis preceptum obligant importent, an consilium, tamquam regulam certam ponunt Doctores reputanda esse consilia, & non precepta: & ratio est, quia, cum lex sit gravis, & onerosa, SEMPER in benigniorem subdortum partem est intelligenda. Adde quod in dubio melior est conditio possidentis. Ergo in dubio, lex ne sit obligans, an non obligans, melior est conditio humane libertatis, quae a tali obligatione immunitur est. Num. 51. Tertio, quia optabile est ut enim optat Navar. . . . & legislatoribus neminem obligari ad peccatum: & invat humanas leges sub precepto obligantes diminueret, ne tanta preceptorum multitudo sine Hebraeis peiores efficiamur. Quare hoc de quo agimus preceptum (confitendi qua primum) diminueret etiam operis pretium est. XXI. Idem Tamburinus *loc. cit. §. 7. n. 56.* De laico non est difficultas: laicus enim adeo in peccato mortali possit. . . . Tam benigna sunt visera misericordiae Domini, Conc. Theol. Tom. VIII.

,, tio

tio substantialiter fit, cum cibum deglutimus; seu triticinum, non autem dum ille est in ore, quando solum initiative est sumptio; ideo probabilissimum puto, satis esse, si actus contritionis fiat, cum ore habetur sacratissima hostia. Ita de Lugo de *Euch. disp. xli. num. 22. Hurtad. de Euch. disp. viii. alique.* XXII. Idem Tamburinus *loc. cit. num. 59.* Quamvis nonnulli cum Layman asserant, Sacerdotem mortali crimine deturpatum mortaliter delinquere, si Eucharistiam fidelibus porrigat, tamen aliqui merito id negant, ut Valsquez, quem citat, & sequitur de Lugo *disp. viii. de Sacr. in com. sec. 9.* quia tunc Sacerdos non conficit sacramentum, sed solum dispensat consecrationem, ad quod tanta dignitas nequaquam requiritur. Idemque est de Diacono, quando ex speciali Sacerdotis commissione sacramentum Eucharistiam aliis porrigit: liquidum tunc non conficit, sed solum dispensat. Si ergo probabile id est, quanto magis probabile fiet mortalem culpam non esse solum attingere. XXIII. P. Leander *quest. vii. disp. vii. quest. 1.* An Sacerdos qui in ipsa actione sacrificandi recordatur peccati mortalis, aut forte illud commisit, teneatur, postea ex videri precepti quam primum confiteri? Probabiliter respondeo, non teneri eo precepto, quia Concilium fuit locutum de Sacerdote qui necessitate urgente, absque pravia confessione celebravit, id est de Sacerdote qui necessitate coactus non premitit confessionem, antequam ad celebrandum sacrificium accederet: hoc enim clare indicat illa verba pravia confessione, id est confessione ante Missam, non vero de Sacerdote qui celebrando commisit peccatum, aut illius recordatur. Ergo quantumvis tunc confiteret, atque communicet abique confessione, non tenebitur postea quamprimum confiteri. Sic Valsquez *disp. ccviii. cap. iii. num. 20. Sayrus, Diana.* XXIV. Idem Leander *loc. cit. quest. xxxii.* Si Sacerdos est pauper, & vivit ex consueta elemosyna Missae, vere in eo reperitur necessitas corporalis, quae sufficiens est ad celebrandum sine pravia confessione. XXV. P. Thomas Tamburinus *Lib. de meth. commun. cap. 1. §. 10. num. 71.* An fit casus in quo communicare quis sine confessione, & etiam sine contritione, atque adeo in peccato mortali possit. . . . Tam benigna sunt visera misericordiae Domini, Conc. Theol. Tom. VIII.

ut non dedigeretur excusare aliquando peccata nostra. Invenio enim unum vel alterum casum in quo quis purissime communionem in peccato sumere sine peccato possit. XXVI. Idem Tamburinus *loc. cit. num. 72.* Etenim ex supradictis comitat Sacerdotem qui, incepta bona fide missa, recordatur se mortalis culpe reum, debere elicere actum saltem a se existimate contritionis. Sed iam si non possit, seu experiat actum illum sibi valde esse difficilem, quid agat? Confiteri non potest, conteri nequaquam valet. Sacrificium inchoatum relinquere ob infamiam sibi resultantem, difficillimum est. Quid ergo ab anima sic affecta superest extorcentium? Probabile esse ex aliquorum sententia, hunc non peccatum mortaliter, si cum infirmo conscientia peccati mortalis, & cum eo dolore quem tunc potest elicere, Missam prolequatur, consecret, communicet. Ita Valsquez de *Euch. disp. ccviii. cap. 1. num. 34. Hurt. disp. ix. de Euch. disti. 1. De Lugo de Sacr. disp. ix. sect. 1. num. 8.* Ratio est quia preceptum digne communicandi non videtur tam arde fideles attingere, ut cogat Sacerdotem cum tanto suo dedecore ab incepto Sacro discedere. Tum autem eiusmodi Sacerdos non acquirit gratiam, sed tamen non peccabit. XXVII. Idem Tamburinus *ibidem num. 73.* Idemque erit de laico qui iam iam recepturus sacramentum Synaxim ante linteum, nec sub aliquo pretextu fidei removere valens, peccati mortalis recordetur, nec conteri possit. Ita hic. Per enim est ratio. NOTENT HANC DOCTRINAM SCRUPULOSI, ANIMOQUE SEMPER TIMIDI. XXVIII. Idem Tamburinus *Lib. III. meth. miss. celebr. c. 1. §. 5. n. 15.* Si quis, cum sit procurator, ut centum v. g. Missae celebratur, quae missae in hac urbe solent dici v. g. pro ducentis illis: si quis, inquam, per industriam suam mittat, seu eat ad aliam urbem, ubi intrat expolitum tempus dicantur pro centum illis: puto non esse improbabile, posse talem procuratorem retinere sibi alios centum. Ratio est, quia sumi potest paritas a sermo, qui per extraordinariam industriam (nam ad ordinariam & mortalem obligatur ex ipso famulatu) pro suum laborem emittit res minoris quam valeant committere in foro: potest enim retinere quod lu-

perat, utpote fructum sine industrie.  
Pari ergo modo in casu nostro."

XXX. P. Dominicus Viva in *Trat. in prop.*  
9. *Alex. VII. n. 8.* Præterea, si collecto-  
res elemosinarum pro Missis sint Sacer-  
dotes, & non tradantur his Missæ celebra-  
ndæ, sed se habeant ut laici, qui curant  
Missarum celebrationem, poterunt ex Nav.  
Cord. Tambur. probabiliter contra Peliz.  
Sots Lib. IX. de iust. g. III. moderatam  
pro labore mercedem ex datis pro Missa  
lucipere, cum id videatur licitum iure  
nature.

XXX. P. La-Croix Lib. IV. n. 1341. "Pon-  
tifices sciunt sententiam quæ eiusmodi  
obligationem (attentionis internæ) ne-  
gat, defendi; & tamen, cum facile pos-  
sint, non contradicunt. Ergo agnoscunt  
legem illam non esse certam: ergo nec  
obligat: sed libertas nostras est in possessio-  
ne contra eam."

## CAPUT II

Varie sacramenti acceptiones, eiusque  
vera sententia.

I. **S**acramenti vocabuli acceptionio varia pe-  
netne ipsos Auctores ethnicos. Varro  
Lib. IV. de lingua latina sacramenti voce si-  
gnificari asserit pecuniam depositam a liti-  
gantiibus in loco sacro ea lege ut victor  
pecuniam suam auferret; contra victus in pec-  
unia iniuxta licet intentata arario Pontifi-  
cis suam pecuniam relinquere. Altera tum  
apud Ethnicos, tum apud Christianos lati-  
sime crebra est, qua sacramentum pro iura-  
mento usurpatur. Vegetius Lib. II. de mili-  
tari cap. VI. sacramentum, quo sacra-  
bantur christiani milites, his verbis descri-  
bit. *Picturis in cute punctis milites scripi-  
& matriculis inserti iurare solent. Iurant au-  
tem per Deum, & per Christum, & per  
Spiritum sanctum, & per Maiestatem Impera-  
toris, qua secundum Deum generi humane  
diligenda est, & colenda &c.* Iuramentum  
hoc militare a sacramento dictum est. Con-  
cilium Illerdense an. 524. sub Ioanne Papa ce-  
lebratum can. VII. iuramentum pro sacra-  
mento accipit, his verbis, que referuntur  
XXII. quæst. IV. *Qui sacramento se obligave-  
rit, ut litigans cum quolibet, ad pacem nullo  
modo redeat, pro perituro uno anno a commu-  
nione corporis, & sanguinis Domini segre-  
gatus, reatum suum elemosinis, stribus, &  
quantis potuerit ieiuniis absolvat. Ad carita-  
tem vero, que operit multitudinem peccato-*

*rum, celeriter venire solet. Viden' quanta  
tunc unum perituro plebsalteri severitate?*

II. Communio sacramenti usurpatio est  
pro re arcana, ab hominum sensibus abdita,  
live in bonam, live in malam partem accepta.  
In malam partem usurpatur Apoc. cap.  
XVII. ubi legitur. *Et dixit mihi Angelus:  
Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum  
multorum, & bestie que portat eam. In bonam  
e contrario partem sumit Sap. cap.  
II. Et nescientiam sacramenti Dei, neque mer-  
cedem speraverunt insubria. Huc quoque per-  
tinent veteris testamenti figure, que Chris-  
tum Dominum portendent figuræ, que Chris-  
tus parabolas, quibus impletur Christus in as-  
sumpta carne divina mysteria celebranda  
adumbravit, ut scite docet S. Augustinus  
epist. v. ad Marcellinum. *Signa, cum ad res  
divinas pertinent, sacramenta appellantur.*  
Breviter dici potest, quod homini acuto for-  
tasse suffecerit, aliis sacramentis prænuntiare  
Christum, cum venturus esset, aliis cum ven-  
isset, annuntiare oportuisse; sicut modo nos,  
idipsum loquentes, diversitas rerum compellit  
etiam verba mutare. Siquidem aliud est præ-  
nuntiare; aliud annuntiare; aliud, cum ven-  
turus esset; aliud, cum venisset.*

III. Sacramenti nomen hæreticorum plures  
improbarunt, ut Zuinglius, Carolus, & alii.  
Brentius, Confessio Augustiana, Kemnitius in  
II. Part. Exam. Concil. Trident. ad I. decret. scribit. *Notri in Apologia Au-  
gustiana Confessionis publice professi sunt, se non  
magno opere rixari de vocabulo sacramenti, aut  
de numero. Rixantur autem de numero quam-  
maxime, & præcipue Kemnitius ipse. Nec  
mirandum, cum isti in dies fuso commentitio  
Ecclesie fidei articulos variant, minuunt,  
augent. Ineptæ reponunt alii, intrusum  
hoc sacramenti nomen a latino interprete,  
cum græce scriptum sit mysterium. Quoniam  
quod Græci nomine mysterii produnt, id La-  
tini sacramenti vocabulo significant; ut Car-  
tharius in libro adversus Soto animadvertit,  
inquirens: Numquid Paulus græce scri-  
bens potuit dicere Sacramentum, que est vox  
latina? Dicens autem græce mysterium, id cer-  
te græce dixit, quod latine significat sacra-  
mentum.*

IV. Theologi catholici strictius adversus  
heterodoxos sacramentum usurpant pro signis  
divinitus insititæ ad significandam gratiam  
internam, & invisibilem. Varias tradunt  
definitiones, less potius descriptiones, que tam-  
en omnes eodem recidunt. Tres tradit Sen-  
tentiarum Magister. Prima est Sacramentum

est rei sacræ signum. Altera: Sacramentum  
est invisibilis gratie visibilis forma. Hæ de-  
scriptiones communes etiam sunt veteris le-  
gis sacramentis. Tertia, qua definitur sacra-  
mentum novæ legis, eiusmodi est. Sacra-  
mentum est quod signum est gratie Dei, & in-  
visibilis gratie forma; et ipsius imaginem  
gerat, & forma existat.

V. Communem sacramenti definitionem  
perhibet Catechismus Concilii Tridentini  
Part. II. §. 4. his verbis. Sacramentum est  
rei sacræ signum. Quam definitionem ex S.  
Augustino acceptam, his aliis verbis conti-  
nuo exprimit. Sacramentum est invisibilis gra-  
tie visibile signum ad nostram iustificationem  
institutum. Deinde §. II. uberius hanc defini-  
tionem exponit his verbis. Quare ut ex-  
plicatius, quid sacramentum sit, declare-  
tur, docendum erit: rem esse sensibus sub-  
iectam, que ex Dei institutione, sanctitatis,  
& iustitie tum significanda, tum efficienda  
vim habet.

VI. S. Thomas III. Part. quæst. IX. art. 2.  
hanc tradit definitionem: Sacramentum est  
signum rei sacræ, in quantum est sanctificans  
homines. Omnes recentitæ definitiones, licet  
diversis contentent verbis, idem omnino  
significant. Iuxta omnes sacramentum redu-  
citur ad genus signi sensibilis. Signum autem  
definitur a S. Augustino Lib. II. de Doctr.  
Christi. c. I. his verbis: Signum est res, præ-  
ter speciem quam ingerit sensibus, aliud a  
sua ex se faciens in cognitionem venire. Vi-  
do vestigium, transiisse animal, cuius vesti-  
gium est, infernus: & visio fumo, habesse  
ignem iudicium. Signum aliud insensibile,  
ut est character, quem imprimunt tria no-  
væ legis sacramenta, baptismus, confirmatio,  
& ordo. Aliud sensibile, quod sensibus  
percipitur, ut est ablutio baptismalis. Sacra-  
mentum autem est signum sensibile. Rursus  
signum aliud naturale, aliud a voluntate  
institutum; quod signum ad placitum nun-  
cupari solet. Signa autem alia ab homini-  
bus, alia a Deo instituta sunt. Horum alia  
qua speculativa, aliqua practica vocantur.  
Speculativa dicuntur illa que significanti-  
dumtaxat vim habent, ut iris, de qua Gen.  
cap. IX. Deus dicit: Arcum meum ponam in  
nubibus, & erit signum fœderis inter me &  
inter terram. Practica dicuntur que divina  
institutione aliquid significant, unaque ef-  
ficaciter.

VII. Notio signi sensibilis sacramentis omni-  
bus communis est: rationemque assignant S.  
Thomas III. Part. quæst. IX. art. 4. his ver-  
bis. Sapientia divina utentique rei providet

secundum suam modum, & propter hoc dicitur  
Sap. VIII. quod suaviter disponit omnia:  
unde & Math. XXV. dicitur, quod dedit uni-  
cuique secundum propriam virtutem. Est  
autem homini connaturale ut per sensibilia per-  
veniat in cognitionem intelligibilem. Signum  
autem est per quod aliquis deest in cogniti-  
onem alterius. Unde cum res sacræ que per  
sacramenta significantur, sint quedam spiri-  
tualia, & intelligibilia bona, quibus homo  
sanctificatur, consequens est ut per aliquos res  
sensibiles significat sacramenti impletur; sic-  
ut etiam per similitudinem sensibilibus rerum  
in divina Scriptura res spirituales nobis de-  
scribuntur.

VIII. Nec solum sacramenta novæ legis  
sunt signa sensibilia que aliquid significant,  
sed præterea similitudinem quorundam rei si-  
gnificatæ, per quamdam proportionem ac-  
commodatam, produnt; quatenus specie qua-  
dam nobis declarant id quod Deus in anima  
nostra sua efficacitate, que sensu percipi  
nequit, efficit. Heinc baptismus, cum, ad-  
hibitus solemnibus verbis, aqua extrinsecus  
corpus abluatur, significat Spiritus sancti vir-  
tute maculam peccati, & turpitudinem o-  
mnem internam deleri, animalique nostras  
gratia sanctificante ornari, ut Tertullianus  
peroptime declarat Lib. de resurrect. carnis  
c. VIII. Caro abluatur, ut anima emacu-  
letur: caro ungitur, ut anima consecretur: ca-  
vo signatur, ut anima mutuetur: caro minus  
impositione adumbratur, ut anima spiritui  
inclinaretur: caro corpore, & sanguine Christi  
vestetur, ut anima de Deo signetur.

IX. Sacramenta signa sunt ex divina in-  
stitutione, quia solus Deus auctor religionis  
est. Sunt autem signa non speculativa, sed  
practica: quia gratiam, que res sacræ est,  
produnt, nisi a sapiente oblaculam appo-  
nuntur. Heinc a ratione sacramenti exclu-  
duntur imagines, cruce, vestes sacerdotales,  
& alia eiusmodi; qua speculativa tan-  
tum signa sunt.

X. Expolitam sacramentorum definitionem,  
quam omnes Catholici defendunt, improbant  
novatores, alicaque exorbitant definitiones,  
que licet aliquid veritatis prodant, minus  
tamen aptæ sunt ad sacramentorum natu-  
ram exprimentam. Lutheranæ contendunt,  
non aliud sacramentum esse quam promissio-  
nem gratie signo externo annexam. Que de-  
finitio non improbat a Catholicis, quate-  
nus asserit, sacramenta habere gratie pro-  
missionem annexam. Legimus enim Marr.  
cap. XVI. Qui crediderit, & baptizatus fue-  
rit, salvus erit. Item Joan. cap. VI. Qui

maneat meam carnem, & bibi meum sanguinem, habet vitam eternam. Insuper Concilium Tridentinum Part. II. §. 18. declarat, sacramenta magnam vim habere ad fidem in animis nostris excitandam, & excitandam, & ad caritatem inflammandam. Supra ex S. Thoma animadvertimus, sacramenta signa esse commemorativa prætorum, & prænnuntiativa futurorum beneficiorum. Ceterum minus accurate est Lutherana finitio, qua aſſerit, sacramenta esse ipsam gratiam promiſſionem, quibus nos annexam fatemur. Quoniam verba quibus sacramenta conſtituntur, non expriment gratiam promiſſionem, ut conſtat. Quare præſerta deſinitio fraude plena eſt, eoq; tendit, ut errorem inſinuet novatorum, qui contendunt, hominem iuſtificari per ſolam fidem dicuntur promiſſionem, & per ſolam fiduciam in Chriſtum, excluſis bonis operibus, & ſacramentorum efficacitate iuſtata. Contendunt enim, ſuſcipientes sacramenta per ſolam fidem aſſequi iuſtitiam, & ſanctitatem.

XI. Calvinus Lib. IV. Inſtitut. cap. XIV. §. 1. docet, ſacramentum externum eſſe ſymbolum quo benedictio erga nos ſua promiſſio conſcientiis noſtris Dominus obſervat, ad ſuſtineendam fidei noſtre imbecillitatem, & nos vicioſam pietatem erga eum noſtram remoram eo, & Angelis, quam apud homines teſtamur. Quæ deſinitio eodem recidit ac Lutherana: denegat enim ſacramentis vim producenti gratiam. Omnes paucos novatores, ſi Grotium, alioque quos excipias, improbant Catholicos, quod doceant, sacramenta natura ſua gratiam, & ſanctitatem ex opere operato, ſeu reſpoſa producere, niſi obex adiciatur. Neque Calvinus ſuffragatur, circumſiſionem ab Apollone Rom. vi. vocari ſignaculum, ſive ſigillum: quoniam nemo negat circumſiſionem ſignaculum fuiſſe, Abrahæ ſiſionem carni impreſſum, quo ab alienis populiſi diſcriminabantur. Sed quid hinc? Propterea ne ſacramenta mera ſunt ſignacula, & oppugnationes, & divini foederis commemorationes? Hoc eſt quod inſciamur: alleſimulque ſacramenta non modo eſſe ſigna commemorativa iuſti foederis, verum etiam demouſtrativa, & efficiencia. Novatorum ergo deſinitiones falſæ ſunt, & fraudulentæ: quia eo pertinent ut adimant ſacramentis vim ſpiritalis gratiæ efficiencia. Veritate produta e parte qua dicunt, ſacramenta eſſe initiationem quandam, qua fideles Chriſto, ut milites Imperatori, dedicantur, ſigna quibus ad rectam vivendi formam excitantur, & quibus a Iudæis, & Paganis ſecernuntur. Hac

& ſimilia non denegamus ſacramentis noſtris; ſed ultra aſſerimus, eſſe ſigna ſenſibilia practica, quæ ex divina institutione, & virtute reſpoſa gratiam, & ſanctitatem in animabus noſtris operantur.

## CAPUT III.

De ſacramentorum neceſſitate tum in ſtatu nature, tum in lege ſcripta.

I. Varias diſtingunt Theologi neceſſitatis ſpecies. Aliam vocant inevitabilem, ſine qua homo aſſequi nullo modo ſinem poſſit. Aliam appellant convenientiam, qua neceſſarium aliquid dicitur, ut iuxta modum nature noſtre congruum ſinis obtineatur. Primo modo neceſſaria ſacramenta non eſſe fateantur omnes, cum Deus aliis mediis, aliaque via ſalutem noſtram potuit procurare. De ſola ergo convenientiæ neceſſitate diſputatur. Hæc autem duplex eſt: mediæ, & præcepti. Hæc a ſuperiori mandato pendet, illa ex institutione rei proficilicetur. Cibis, & potus neceſſitate mediæ requiruntur ad vitæ conſervationem; & baptiſmus ad vitam eternam. Neceſſitas præcepti viam parat ad faciliorem ſinis conſecutionem. Sic ſumptio Euchariſtiæ facilius conſervat, fovetque ſpiritualem anime ſanctitatem. In præſenti materia neceſſitatis mediæ, & præcepti diſcrimen proficilicetur ex gratiæ ſacramentalis natura, à Chriſto Domino utique ſacramento adſcripta. Si enim gratia hæc ita neceſſaria ſit, ut ſine ea æterna haberi falus nequeat, ſacramentum dicitur neceſſarium neceſſitate mediæ. Euiſmodi ſunt baptiſmus, & præntia. Si gratia ſacramentalis non ſit talis neceſſitatis, ut eſt gratia conſortans in confirmatione, nutriendi, & augens in Euchariſtia, tum ſacramenta neceſſaria dicuntur neceſſitate præcepti.

II. Diſtinguenda quoque eſt neceſſitas utrius ſacramentorum a neceſſitate exiſtentis, id præſentia non diſputatur de neceſſitate abſoluta, ſive mediæ, ſive præcepti, uſus ſacramentorum; ſed ſolum de neceſſitate inſtitutionis, & exiſtentis: quæ neceſſitas eſt ſolus convenientiæ & congruentiæ: Nam, ut iam indicavi, certum eſt Deum potuiſſe, ſi voluiſſet, abſque ulliſi ſignis ſenſibilibus gratiam ſuam conferre. Diſputant itaque Theologi, conſentaneum ne fuerit tum divini providentiæ, tum nature hominis, ut mediis ſignis ſenſibilibus ſuam divinam gratiam Deus inſunderet. Quadriplex diſtinguitur

ita.

ſtatus. Innocentiæ, legis nature, legis ſcriptæ, & legis evangelicæ. De ſacramentorum neceſſitate in quolibet horum ſtatuum ſermo erit.

III. In ſtatu innocentie neceſſitate fuiſſe fuiſſe neceſſaria ſacramenta, docet S. Thomas III. Part. quæſt. IXX. art. 2. his verbis: In ſtatu innocentie ante peccatum ſacramenta neceſſaria non fuerunt. Cuius ratio accipi potaſt ex reſtitutione ſtatus illius, in quo ſuperior eſt inferioribus dominantibus, & nullo modo dependebat ab eis. Sicut enim mens ſuberat Deo, ita menti ſuberat inferioribus anime vires, & ipſi animo corpus. Contra hanc autem opinionem aſſeritur, ſi anima poſſederetur vel quantum ad ſcientiam, vel quantum ad gratiam per aliquod corpus, quod ſit in ſacramentis. Et ideo in ſtatu innocentie homo ſacramentis non indigebat, non ſolum in quantum ſacramenta ordinantur ad remedium peccati, ſed etiam in quantum ipſa ordinantur ad anime perfectionem.

IV. Diſputant Theologi ſcholallici de ſtatu innocentie, qui fuiſſet, an videlicet hæc in hypotheſi initiatiſſet Deus ſacramenta. Quam diſputationem inter illis colloco quærum ne ſcientia emolumentum, nec ignorantia detrimentum parit. Quid enim operatur Deus fuiſſet in tali hypotheſi, cum a mero ipſius voluntatis nutu pendeat, fugit humane mentis aciem.

V. In ſtatu legis nature ab Ade lapſo utique ad præceptorum circumſiſionis, Abrahæ impoſitionis, noliſſe ſacramenta à aliqui Theologi contendunt. Probabilior, & communior ſententia oppoſitum defendit. Nichil tamen certi erit ex divina Scriptura potuiſſe, ut S. Auguſtinus Lib. VII. de civit. Dei cap. XVI. docet. Utrum aliquod fuerit, vel ſi fuiſſet, quale fuerit corporale, atque viſibile ſignificationis ſignum ante diluvium, ſicut Abrahæ circumſiſio poſtea eſt imperata, ſicut Iſtaoria tacet. Quamquam vero nihil certi & deſiſſi erit ex divinis Scripturis poſſit: nihilominus communis Patrum, & Theologorum ſententia docet, exitiſſe in lege naturæ pro parvulis aliquod delendo peccato originali opportuſſimum remedium deſtinatum, illudque in fide venturi Meliſſe, ſigno aliquo ſenſibiliſſimo exteriori demonſtrata, conſtitutum fuiſſe; & hoc probabilior eſt. Quare idem S. Auguſtinus Lib. V. contr. Iuſtan. cap. XI. hæc ſcribit: Nec ideo credendum eſt, ante circumſiſionem ſanctos Dei, quandoquidem eis inerat Mediatoris fides in carne venturi, nullo ſacramento opulatos fuiſſe parvulis ſatis: quænam quid illud eſſet, aliqua neceſſaria

cauſſa Scriptura ſacra lateſce voluerit. Nam & ſacrificia eorum legitimus, quibus ſanguis ille figuratur, qui ſolus tollit peccata mundi. Operibus enim legis iam tempore naſcentibus obſervabantur ſacrificia pro peccatis. VI. Doctrinam S. Auguſtini adoptat S. Thomas III. Part. quæſt. IXX. art. 5. ad 3. ubi ait: Sicut S. Auguſtinus dicit... diſverſa ſacramenta diſverſis temporibus congruunt, ſic etiam diſverſis verbis ſignificantur diſverſa tempora... Et ideo ſicut in ſtatu legis nature homines nulla lege exteriori data, ſed ſolteriori inferiori inſinuat morabantur ad Deum conſortium: ita etiam ex interiori inſinuat determinabatur eis, quibus rebus ſenſibilibus ad Dei cultum necerant.

VII. Opponunt adverſarii, S. Thomam III. Part. quæſt. IXX. art. 4. ad 2. contrariam adhibere opinionem ſiſi verbis: Sicut ante inſtitutionem circumſiſionis ſola fides Chriſti futuri iuſtificabat tam pueros, quam adultos, ita etiam & circumſiſione data. Sed antea non requirebatur aliquid ſignum proſtitutionis huius fidei: quia nomen hominis fidelis ſonſus ab inſidelibus cooperant aduſſe in quantum auctori Dei. Hoc truncatum teſtimonium ſubdit, ſcribitur, oppoſito tota evaneſcit. Sic enim S. Doctor pergit: Probabile tamen eſt quod parentes fideles pro parvulis natis, & maxime in periculo exiſtentibus, aliquos preces Deo fundant, vel aliquam benedictionem eis adhibent, quod erat quoddam ſignaculum fidei; ſicut adhibet pro ſiſis preces, & ſacrificia eſſe debent. Hanc eandem doctrinam conſtitimur in IX. diſtinct. 1. quæſt. 2. art. 2. quaſtione. 2. ad 2. Dicendum eſt, quod ante legem ſcriptam erant quodam ſacramenta neceſſaria, ſicut illud fidei ſacramentum quod ordinatur ad deletionem originaliſi peccati; & ſiſititer poſtentia, quæ ordinabatur quoque ad deletionem actualiſi. Ex hæc angeliſi doctrina erit, ſacramentum, ſeu aliquod ſignum fuiſſe in ſtatu legis nature, non aliqua lege extrinſeca lata determinatum, ſed quod interiori inſinuat a parentibus parvulorum inſtituebatur. Quare dum idem S. Doctor ibidem art. 6. quaſtione. 2. docet, ſatis fuiſſe parvulis fidem parentum ſine omni exteriori ſigno, excluſit dumtaxat ſignum commune omnibus, lege publica deſinitum; ſecus ſignum quod in citatis modo teſtimoniis extiſſe adſcribat. Nulla quippe ratio paritur, inquit Melior Chano Relect. de ſacram. in gen. part. 111. ut divina providentia ullo unquam tempore deſerit hominibus in neceſſitate ad ſalutem. Non poſſent autem ſiſi

illis parvulis temedia parentes applicare, nisi per Dei revelationem cognovissent; & parvulos originali peccato teneri, & aliquod remedium ad eos servandos idoneum esse: quod licet scriptum non sit, non est tamen propterea denegandum, rapia illud exhibitum. Et cum Scriptura exprimat, ante Abraham fuisse religionem, ac sacerdotium, ex consequenti tradit fuisse sacramenta; sine quibus nec religio, nec sacerdotium consistunt. Quae sane argumentatio solida est. Remedium autem istud in fide venturi Messiae positum fuisse, docent omnes Patres & Theologi, divinarum Scripturarum testimonio nixi. Quoniam, ut inquit S. Lucas Act. xv. non est aliud sub caelo novum datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. S. Augustinus Lib. II. de nupt. & concupis. cap. xi. inquit: Superioribus temporibus omnino servit sacramentum iustificacionis ex fide. Eadem tamen fides Mediatoris salvos iustos faciebat antiquos, pusillus cum magnis..... Quia sicut creatus nos Christum in carne venisse, sic illi venturam; sicut nos mortuum, sic illi mortuorum.

VIII. Fides illa que remittebatur peccatum originale, vim iustificacionis habebat non ex merito credentis, sed ex merito Christi venturi, seu vim habebat imperandi gratiam propter Christum qui credebatur venturus: unde S. Thomas in II. dist. 1. quæst. 1. art. 6. ad 2. docet, eam quandam habuisse similitudinem cum nostris sacramentis, in quantum iustificabat quasi ex opere operato, non autem ex opere operante. Fides ergo illa ex parte operantis non erat causa efficacitatis & virtutis ipsius remedii; sed erat causa applicans remedium. Operatur enim fides illa & per modum meriti, & per modum iustitiae. Meritum profuebat ex parte obiecti crediti, Christi nemp venturi; iustitiam habebatur ex parte ipsius credentis, qui applicabat remedium, ut S. Thomas quæst. xv. de malo art. 8. ad 12. docet. Fides ergo antiquorum cum aliqua protestatione fidei valebat parvulis ad salutem, non prout erat quidam actus meritorius credentis (unde non requireretur quod esset actus fidei formata) sed ex parte rei creditæ, scilicet ipsius Mediatoris. Sic enim & sacramenta, que postea sunt instituta, valent, in quantum sunt quedam fidei protestationes, unde non sequitur quod infidelitas parentum ipsius noceret, nisi per accidens, sicut renovans remedium peccati.

IX. In fide scripta per Moysem exhibitæ sacramenta, docent omnes: idque evidenter habetur in Conciliis Florentino, & Tridentino.

Quatuor numeranter, que quatuor ex nostris portendeant. 1. Circumcisio figura fuit baptismi; ut S. Augustinus Lib. II. de anima, & eius orig. cap. 11. docet: Circumcisio fuit illius temporis sacramentum, quod præfigurabat nostri temporis baptismum. 2. Agnus paschalis, qui figura fuit Eucharistia, in qua Christus occisus animam spiritualiter alit, & nutrit. 3. Ordinatio sacerdotum figura sacramenti ordinis, 4. Expiationes, & lustrationes, que umbra erant & figura sacramenti penitentia.

X. Elapso octavo a nativitate die, pueri Hebræorum circumcisioni subdebantur; nec licitum erat eandem anticipare. Porro is qui ante octavum diem moreretur, applicabatur sacramentum quod legis naturæ tempore obtinebat, & perduravit in lege scripta maxime pro feminis, circumcisioni nequaquam subditis. Quæ legis naturæ sacramenta obtinuerunt quoque apud Gentes ex Abraham, non per Isaac, progenitas.

## CAPUT IV.

De sacramentis novæ legis lata per Christum.

I. Convenientiam, cur Christus in sua nova lege sacramenta instituerit, explicat S. Thomas III. Part. quæst. 1x. art. 4. Sicut antiqui patres salvati sunt per fidem Christi venturi; sic nos per fidem Christi nati iam, & passi salvari congruum est. Aliis autem signis futura, aliis præterita, aliis præsentia significari oportet. Conveniens itaque fuit in lege nova alia institui sacramenta, a veteris legis sacramentis distincta, quibus & peracta, & præsentia mysteria represententur. Quam doctrinam tradit S. Augustinus epist. clvii. alias lxxxix. ad Hieronymum quæst. 111. his verbis. Vide quemadmodum commendatum unum, & unum, id est Adam, & Christum: illum ad condemnationem, hunc ad iustificationem, eam tanto post Adam venerit Christus in carne: ut sciamus etiam antiquos iustos, quicumque esse potuerunt, non nisi per eandem fidem liberatos per quam liberaverit & nos, fidem scilicet incarnationis Christi, qui illis prænnuntiabatur, sicut nobis facta annuntiatur. . . . Hec ergo fides etiam antiquorum iustorum fuit. Unde & Apostolus dicit: Habentes autem eundem spiritum fidei, propter quod scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur. Non dicitur eundem spiritum fidei, nisi admonens etiam antiquos iustos habuisse ipsum spiritum fidei, hoc est incarnationis

viæ Christi. Sed quia illis futura prænnuntiabatur, que iam facta nobis annuntiatur, & tempore veteris testamenti velabatur, que tempore novi testamenti revelatur: ideo eius sacramenta variata sunt, ut alia essent in veteri testamento, alia in novo; cum ipsa fides variata non sit, sed una sit.

II. Novæ legis sacramenta necessaria sunt ad salutem: alia necessitate mediæ, alia necessitate præcepti: non tamen omnia singulari, ut definit Concilium Tridentinum sess. vii. can. iv. his verbis. Si quis dixerit, sacramenta novæ legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua, & sine eis, aut eorum voto, per solam fidem, sicut omnia singulis iustificacionis adipsi, anathema sit. Baptismus omnibus necessitate mediæ necessarius est in voto, vel in voto. Illis autem qui gratiam regenerationis, per baptismum obtinent, mortaliter peccantes amittunt, necessarium est sacramentum penitentia: necessitate mediæ in re, vel in voto. De baptismo inquit Christus Ioann. III. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Et de penitentia ait Luc. XIII. Si penitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis. Mortuorum sacramenta hæc duo vocantur, quod vitam spirituales, per peccatum aut originale, aut actuale amittunt, restituunt. Alia sacramenta vivorum nuncupantur, quia vitam spirituales in anima vigentem exigunt, & ad gratiam augendam, vitamque divinam roborandam, nutriendam, augendam insinuat sunt: ut confirmatio, Eucharistia, extrema unctio, ordo, & matrimonium. Hæc necessaria sunt necessitate præcepti affirmativi, tempore, & circumstantiis determinatis obligant. Duo ultima necessaria sunt in Ecclesia, ut ordo ad ministrorum consecrationem, matrimonium ad fidelium propagationem. Singuli tamen nec sacris ordinibus initiari, nec matrimonium inire tenentur.

III. Concilium Tridentinum loc. cit. can. v. definit, novæ legis sacramenta non esse propter solam fidem nutriendam instituta, ut novatores contendit. Si quis dixerit sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta esse; anathema sit. Hæc enim sacramenta Christus instituit, ut virtute sacratissime passionis suæ gratiam nobis conferat; quemadmodum infra suffus explicabitur. Similiter sacramenta ista a sacramentis veteris legis sola exteriorum rituum, & ceremoniarum varietate non differunt; ut hæresarcha Calvinus contendit: contra quem Concilium Tri-

dentinum cit. sess. vii. can. 11. definit: Si quis dixerit, & ipsa novæ legis sacramenta a sacramentis antiquæ legis non differre, nisi quia æceremonia sunt alia, & alii ritus externi; anathema sit. Doctrina hoc canone contenta, hañta est ex ipsa Scriptura, & apostolica traditione. S. Paulus epist. ad Gal. cap. iv. que in Molata lege præcipiebantur, infirma & egena elementa vocat: quia vi institutio- nis luce, & insita virtute ad iustitiam & sanctitatem non perducantur. Nec obicit quod Levit. cap. 1. & seqq. dicatur, vetera sacrificia, & sacramenta peccata remississe, & gratiam contulisse. Quoniam solam immunditiam legalem expiabant, que homines, veluti profanos, a divino cultu arcebat; minime vero internam peccatorum remissionem, iustitiam, & sanctitatem per se inducebant; ut docet S. Augustinus tract. xl. in Ioan. In illis sacrificiis non erat expiatio peccatorum, sed umbra futurorum. Qui autem ex Iudeis, sacrificiis oblati, & sacramentis suscepti gratiam assequuntur, non eorumdem sacramentorum, aut sacrificiorum vi, sed ex fide, qua Christum venturam credebant, & præstatis signis profitebantur, eam obtinebant.

## CAPUT V.

De partibus quibus sacramenta constant, seu de materia, & forma eorumdem.

THEOLOGI scholastici, Philosophia Peripatetica in scholas invecita, in qua materia, & forma nomine rerum nature explicari solent, nomina materia, & forma adhibere ceperunt in expendis partibus quibus sacramenta constant. Præcis quippe temporibus eiusmodi loquendi formulæ minime usurpabantur; ut ex Patribus, in quorum scriptis hæc nomina non occurrunt, apparet. Signo, & re sacra constare sacramenta ipsi dicunt. Per signum id intelligebant quod materiam, & formam nunc exprimitur, quicquid nempe sensibus percipitur. Nominis rei sacre effectum invisibilem significabant, gratiam videlicet sanctificantem. Communis eorum loquendi formula erat, sacramenta rebas constare, & verbis: rebas, ut aqua, oleo, pane &c. verbis, ut Ego te absolvo &c. Alia quoque formula familiaris erat, scilicet sacramenta verbo, & elemento constare; ut habetur ex S. Augustino tract. lxxx. in Ioan. Verbo baptismus consecratur, Detrahe verbum, & quid est aqua, nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum.

II. Nomina tamen materiae, & forma, tanquam rei sacramentariae, explicanda accommodata, adoptavit Ecclesia tam Latina, quam Graeca. Materia, & forma sacramentorum tales nuncupantur per analogiam ad materias & formas physicas rerum. Siquidem res sensibiles determinantur per verba, sicut materia per formam: & sicut forma totum physicum complet, sic verba perficiunt sacramentum.

III. Materie nomine non res tantum significavit, sed actiones quoque sensibiles; ut ablutio, unctio, contritio, confessio, consensus verbo, aut nutu expressus, rationem materiae obtinent. Materia alia remota, alia proxima. Materia remota *baptismi* est aqua, proxima ablutio. *Confirmationis* remota est chrismata benedictio, proxima est unctio. *Eucharistiae* remota est panis & vinum, proxima corpus & sanguis Christi fideipectibus. *Poenitentiae* remota sunt peccata post baptismum commissa, proxima sunt contritio, confessio, satisfactio. *Extreme unctionis* remota oleum benedictum, proxima unctio infirmi. *Ordinis* remota sunt manus Episcopi, proxima illarum manuum impositio. De instrumentorum traditione infra dicetur. *Matrimonii* remota sunt corpora contrahentium, proxima est illorum mutua traditio. Forma vero istorum sacramentorum sunt verba, seu orationes, quas, dum de singulis sacramentis fermo erit, explicabo.

IV. Quæst. I. *Materia, & forma sacramentorum baptismi, & Eucharistiae sunt ne a Christo determinatae?* Resp. Duplici modo res, & verba determinare Christus potuit, generavit, aut in specie. Generavit, si signum sensibile, opportunum aptumque ad significandum instituit sacramenti finem, assumendum præscripterit, facta Ecclesiae potestate determinandi, & eligendi hoc signum exterius. In specie vero determinasse dicitur, si ipsemet Christus Dominus hoc tale signum reipso determinaverit. Ad questionem propositam omnes Theologi uno ore respondent, Christum determinasse in specie res, & verba sacramentorum baptismi, & Eucharistiae. Et hoc perspicue ex divina Scriptura eruitur. Nam aquam pro materia baptismi determinasse Christum, testatur S. Ioannes cap. vii. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Materiam Eucharistiae designavit, cum panem & vinum, in corpus & sanguinem suum consecravit, Apostolis tradidit iumentum, præcepitque illis ut in sui memoriam impo-

cap. xxvii. *Matth.* Illius determinationis congruentem rationem assignat S. Thomas III. Part. qu. lx. art. 5. *Quia sanctificatio hominis est in potestate Dei sanctificantis, non pertinet ad hominem suo iudicio effluere, ut quibus sanctificetur; sed hoc debet esse ex divina institutione determinatum.* Et ideo in sacramentis nove legis, quibus homines sanctificantur, secundum illud I. ad Cor. vi. Abluti estis, sanctificati estis, oportet uti verbum esse divina institutione determinatis.

V. Formam baptismi determinavit Christus, dum dixit *Matth.* cap. xxviii.  *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Verba adhibenda in perficiendo eucharistico sacramento desinit *Matth.* xxvi.  *Hoc est corpus meum: hinc est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.*

VI. Quæst. II. *Aliorum quinque sacramentorum determinavit ne Christus res, & verba in specie?* Resp. Duplex est inter Theologos catholicos sententia. Prima affirmat. Nant ex divina Scriptura colligitur pro quolibet horum sacramentorum materiae specifica determinatio. Nam confirmationis materia determinata est manus impositio, & unctio; ut habetur *Ast.* viii.  *Ostendant pro eis. . . Tuus imponebant manus super illos.* Poenitentiae materia remota sunt peccata, proxima poenitentis actus; forma vero Sacerdotis verba: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.* Extreme unctionis materia est olei unctio, forma oratio; ut *Job.* v. habetur.  *Infirmatur quis in robis? Inducat Presbyteros Ecclesiae, & onent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini.* Materia ordinis est manuum impositio forma oratio, sicuti determinatum *Ast.* vi. legitur.  *Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum, & orantes imposuerunt eis manus.* Matrimonii tandem materia est mutua corporum traditio, & mutua acceptio est forma, iuxta multos. Verum de hoc infra, ut colligitur ex *Epist.* ad *Ephes.* cap. v.  *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem suam, & adheret uxori suae, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est. Ergo autem dico in Christo, & in Ecclesia.*

VII. Planum itaque est, Christum Dominum singulorum sacramentorum materias designasse, non generatim dumtaxat, sed etiam in specie. Ipse enim institutor est omnium sacramentorum, ut desinit Tridentinum Concilium sess. vii. can. 1.  *Si quis dixit*

dixerit, sacramenta nove legis non fuisse omnia a Iesu Christo Domino nostro instituta, & canonice sit. Et quamquam Concilium non definit, Christum Dominum esse immediate, & per se institutorem; id tamen consequi necessario videtur. Porro si Ecclesiae potestatem contulisset determinandi materiam & formam sacramentorum, non immediate, sed mediate, & per Ecclesiam tantum sacramenta instituisset Christus Dominus. Præterea idem Tridentinum Concilium sess. xxi. cap. xi. declarat,  *hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, ut in sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statueret, vel mutaret quae suscipientium utilitati, seu ipsorum sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate magis expedire iudicaret.* Ritus ergo, secus substantia sacramentorum, & forma ad substantiam, non ad ritum pertinet. Porro si determinare materiam, & formam Ecclesia posset, posset similiter pro temporum, & circumstantiarum diversitate tum materiam, tum formam mutare. Hoc autem dignitatem sacramentorum dedecet, & aperte repugnat Tridentino Concilio.

VIII. Altera sententia negat, Christum Dominum determinasse in specie materiam, & formam sacramentorum confirmationis, & ordinis. De his enim duobus sacramentis disputatur in utraque partem. Porro quod Christus Dominus non determinaverit in specie atoma materiam confirmationis, colligitur ex *Ast.* cap. viii. ubi hæc habentur.  *Tuus imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.* Nulla hic habetur mentio chrismatis, seu unctionis. Adiectum ergo chrisma fuit Ecclesiae potestate. Similiter septem prioribus seculis instrumenta non porrigebantur tangenda sacramentum ordinis iudicantibus. Ergo hæc instrumentorum porrectio tunc temporis materia non erat illius sacramenti.

IX. Hæc secunda opinio pro certo habet, chrismatis unctionem, & porrectionem instrumentorum ad substantiam pertinere utriusque sacramenti, confirmationis, & ordinis. Id autem negant prioris sententiae Theologi, aiuntque tam unctionem chrismatis, quam porrectionem instrumentorum esse accidentalem additionem, quæ substantiam non immutat. Manuum impositio in utroque sacramento est sola materia, ut sic dicamus, substantialis; tereta autem ad accidentalem ritum pertinent. Addunt, chrismata in confirmatione adhibitum esse iam inde a primis temporibus,

ut colligitur ex S. Cypriano *epist.* lxx. & ex Cyrillo Ierosolymitano *catech.* 3. myllagoga. Ad auctoritatem Concilii Florentini, in quo Eugenius IV. decreto pro Armenis definit, materiam Presbyteratus esse traditionem calicis cum vino, & patenam cum pane; & Diaconatus traditionem libri Evangeliorum: respondent, Eugenium IV. instituisse Armenos circa ea quæ in Ecclesia Romana obtinebant. Non meminit materiae essentialis sacrorum ordinum, quæ nec Grecos, nec Latinos, nec Armenos latebat; sed recentius materiam accidentalem, ad Ecclesiam Romanam adhibitam. Confirmant, hanc institutionem traditionem esse accidentalem, quod Ecclesia Graeca sola manuum impositionem sacros ordines conferat. Ordinationes autem, seu consecrationes Ecclesiae Graecae raras Ecclesia Latina habet. Porro in Ecclesia tam Latina, quam Graeca manus impositio in utroque sacramento confirmationis, & ordinis adhibetur. Quod ergo magis rationi congruum, quam si dicamus, manuum impositionem, in utraque Ecclesia adhibitam, materiam esse essentialem; instrumentorum vero traditionem materiam esse accidentalem, ad Ecclesiam Latinam adiectam?

X. Prior sententia mihi probabilior videtur. In utroque sacramento, de quo disputatur, materia in specie determinata a Christo Domino habetur, nempe manuum impositio. Quid causerit est cur dicamus, hanc non esse materiam essentialem ad sacramentum sufficientem? Illam determinavit Christus Dominus. Ergo non diminuta, non impar ad sacramentum conficiendum. Ergo sine instrumentorum, seu unctionis materia accidentalis est, Ecclesiae potestate adiecta ad clariorum sacramentorum significationem. Ecclesia Graeca hæc instrumentorum traditionem non adhibet. Ergo estimat, solam manuum impositionem materiam esse essentialem. Hanc eandem manuum impositionem, ut a Christo institutam, adhibet Ecclesia Latina. Ergo utriusque Ecclesiae consensu impositio manuum essentialis materia est. Sola consuetudo Ecclesiae Latinae in causa est cur Theologi secunde sententiae doceant, instrumentorum porrectionem ad materiam pertinere essentialem. Mihi autem verisimilius est illam solam materiam essentialem esse quæ in utraque Ecclesia obtinet; accidentalem vero causam usum in sola Ecclesia Latina viger. Nec videtur solidam rationem cur dici oppositum debeat. Ex alia parte hæc opinio opportunior est adversus hereticorum dicitatem, & sacramentorum dignitati conven-

nentior. Cum tamen super hac controver-  
sia nihil Ecclesia definitum, quisque in suo  
sensu abundet.

XI. Heinc consequitur, Latina Ecclesia  
Clericum valide ordinari sola manuum im-  
positione: e contrario neque Latinum, neque  
Graecum Clericum valide ordinari sola in-  
strumentorum porrectione. Nec mihi probat  
quod docet Cardinalis *Netti quest. 11. dub. 2. §. 2.* nempe probabile esse, Graecum  
valide ordinari posse sola instrumentorum tra-  
ditione. Nam impositionem manuum mate-  
riam esse a Christo Domino determinatam,  
fatentur omnes. Quo ergo fundamento asseri  
potest, omnia hac materia divinitus inflru-  
ta, validam esse ordinationem? Sit partialis,  
& non integra materia hac manuum im-  
positio: et tamen a Christo determinata. E  
contrario adverte sententia patroni instru-  
mentorum traditionem institutionis esse ec-  
clesiasticae fatetur. Ergo potior materia &  
principalior in hoc sacramento est manuum im-  
positio. Ergo, hac omnia, nullum est sacra-  
mentum. Quamvis itaque dici possit, va-  
lidam esse consecrationem sola manuum im-  
positione; nullo tamen modo affirmari pot-  
est, validam esse ordinationem sola instru-  
mentorum porrectione; cum de materia hac  
diffidum sit, essentialis ne, vel accidentalis  
reputari debeat. Impositionem vero manuum  
omnes, ut dixi, fatentur divinitus determi-  
natam esse. Ceterum, cum neutra opinio  
certa sit, revocanda in memoriam est definitio  
Innocentii XI. qua statuitur, in sacra-  
mentis conferendis incertam partem esse eli-  
gendam. Quare mortaliter peccaret, et o-  
mnes aiunt, ille qui in sacra ordinatione ri-  
tum hunc Ecclesiae negligenter. Et ad maiorem  
securitatem teneretur omisso ritui se subscire,  
& potissimum, si omnia fuisset impo-  
sitionum manuum. Tunc enim, ut ego quidem  
arbitror, nulla profus ordinatio esset. Ver-  
um de hoc plura, cum de singulis sacra-  
mentis sermo erit.

XII. Quod de adiepta per Concilium Tri-  
dentinum conditione ( qua statuitur, con-  
tractum clandestinum ad matrimonium valo-  
rem minime sufficere ) opponi solet, ut pro-  
betur, Ecclesiam reipsa variasse usus sacra-  
mentum materiam; nullius momenti est. Si-  
quidem conditio hac haudquaquam sacra-  
mentum materiam afficit; sed legitimum, & so-  
lemnem contractus celebrationem spectat.  
Praecipit sacra Synodus ut sacramentum in-  
stitutum a Christo Domino non clandestine,  
sed publice, & solemni ritu celebratur.

XIII. Quae III. Verba quibus forme sacra-

mentorum constant, sunt ne promissionis, &  
concionalia, an consecrationis? Resp. Luth-  
erus contendit verba quibus constant sacra-  
mentorum formae, esse promissoria; & Calvinus  
vult esse concionalia. Quoniam iuxta here-  
sarchas istos sacramenta sunt mera sigilla di-  
vinarum promissionum a Deo instituta, ut  
fidem in nobis excitent, qua iustificemur,  
& Deo coniungamur. Illius autem coniu-  
ctionis sacramenta sunt sigillum, & artha.  
Hinc inferunt, verba sacramentorum esse tan-  
tum promissoria, vel concionalia. Error de  
sola fide iustificante supra reiectus est.

XIV. Catholici omnes negant sacramento-  
rum verba esse promissoria. Id ex eo patet  
quod effectum, divinis operante virtute, pro-  
ducunt, non promittunt. Promissio enim non  
est actualis rerum largitio, sed gratia suo  
tempore conferenda pollicitatio. Quid, quae-  
so, promissionis in eiusmodi verbis elucet?  
Ego te baptizo &c. Nihil profecto verba ista  
promittunt; sed expriment, efficienter pro-  
sentem animarum abtentionem, & spiritus re-  
generationem. Non ergo ad haereticorum sen-  
sum promissoria sunt profata verba. Neque  
enim promissio gratiae facta est credentibus  
tantum, sed illis credentibus qui reapse sa-  
cramentum suscipiunt. Nec legitur Marc.  
cap. xvi. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit.* Duo, non unum tantum,  
ad salutem Christi requirit, fidem nempe,  
& sacrum lavacrum. Aberant itaque Luthera-  
ni, & novatores, alienentes verbis quibus sa-  
cramenta perficiuntur, gratiam promitti, so-  
la fide obtinendam.

XV. Verba sacramentorum non sunt concio-  
nalia, ut Calvinus biaterat *Lib. IV. Instit. cap. xiv. §. 4.* ubi de more adverbis Eccle-  
siam Romanam debacchatur. *Verbum, in-  
quit, intelligere debemus, non quod sine sen-  
su, & fide insusurratum, solo strepitu, velut  
magica incantatione, consecranda elementa vix  
debeat; sed quod predicatum intelligere nos  
faciat, quid visibile signum velit.* In concio-  
ne ergo qua catechumeni instruantur, quae  
quae praeiitit sacro lavacro solet, baptismi  
formam Calvinus collocat. Sed unde eruit  
hanc praemittendam concionem esse? An ex  
Evangelio? Nonne Calviniani validum fa-  
tetur baptismum infantibus collatum? Nam-  
quid ad istos habenda concio est, antequam  
baptismus conferatur? Hi ne concionem audie-  
re apti? Praeterea Calviniani fatentur, nul-  
lum esse baptismum, si hac verba, *Ego te  
baptizo &c.* omittantur, aut substantialiter  
immutentur. Quid ergo concionem obtrudunt?

Quid

Quid quod concio, seu catechismus, quem  
praemittunt Catholici, toto caelo distat ab eo  
quem praemittunt Calviniani? Conciones quas  
Sociniani, Ariani, Ebionitae habere solent,  
dam adulos baptizantem, discrepant a concio-  
nibus tum Calvinistarum, tum Catholicorum.  
Nullum ergo baptismum ab haereticis colla-  
tum? Negant hoc Calviniani. Perneget  
ergo necessum est, verba quibus baptismum  
conferunt, esse concionatoria. Alioquin sicut  
instructio Socinianorum, Arianorum, &  
Catholicorum Calviniani repudiant, ita eor-  
undem baptismum improbare deberent.

XVI. Iure igitur Catholici Protestantium  
commentum, verius dixerim, delirium, quo  
concionalia asserunt hac verba, *Ego te bap-  
tizo &c.* excludunt. Verba quippe concionalia  
pars effectum nequeunt, nisi ab auditori-  
bus intelligantur. Infantes autem, ut dixi,  
intelligere verba concionalia nequeunt. Prae-  
terea officia concionandi, & baptizandi, tam-  
quam duo distincta munera, Scriptura sancta  
perhibet. *Non misit me Christus baptizare, sed  
evangelizare.* Quem locutionem Christus  
habuit, dum Eucharistiam instituit? Quid  
concionis praesertim verba quibus sacra-  
mentum istud perficitur?

XVII. Ad haec omnia reponit Calvinus  
*Lib. IV. Instit. cap. xvi. §. 21.* baptismum  
infantibus non prodelle dum conferunt, sed  
profuturum. *Nihil plus in paedobaptismo pro-  
sentis efficacia requirendum est, quam ut fo-  
cus cum illis a Domino percussus obstrimet,  
& faciat. Reliqua eius sacramenti signifi-  
catio, quo tempore Deus ipse providet, postea  
consequetur.* Nullus ergo utilitatis ba-  
ptismus erit infantibus, qui, antequam ulla  
ratione potiantur, decedant. Quin, si concio  
ad essentialiam baptismi pertinet, aut suam pa-  
rere effectum, dum baptismum conferunt, de-  
bet; aut frustranea omnino est concio ille  
pnero baptizando. Reponit Calvinus, con-  
cionem, non infantibus, sed circumstantibus  
prodelle. Quid, si nemo, ut saepius evenit,  
circumfret? Quid quod baptismum non pro-  
pter circumstantes, sed propter suscipientium  
utilitatem institutus est? Institit Calvinus,  
& obtrudit: *Evangelio docete omnes gentes, ba-  
ptizantes eos &c.* Matth. ult. Duplo procul  
imbuendi christiana Theologia sunt adulti,  
antequam baptizentur. Verum hanc instru-  
ctionem esse partem essentialiam baptismi,  
commentum est Calvinianis dignum.

XVIII. Verba igitur sacramentorum non  
promissoria, non concionatoria, sed consecra-  
toria sunt, ut Catholici omnes docent. Di-  
cuntur autem verba consecratoria, quatenus

facra symbola, sive elementa externa con-  
feruntur, evehuntque ad gratiam divina vir-  
tute efficiendam. Hoc in sensu Patres omnes  
verba sacramentalia exponunt. *Paulus I. Cor. x.*  
vocat benedictionis, seu consecrationis verba  
hac: *Calix benedictionis, cui benedicimus, nome  
communicatio sanguinis Christi est?* Di-  
citur quoque *verbum vite* Ephel. . v. *Ver-  
bum invocationis. Baptizate, & abluete pecca-  
ta tua invocato nomine ipsius:* Act. xxi. *Et  
quamvis hac divina testimonia ita luculenta  
non sint, ut ora obstruant haereticorum; ta-  
men unanimis Patrum traditio, hoc in sensu  
sacramentalia verba exponens, Calvinianum  
errorem penitus profligat. S. Ambrosius Lib.  
IV. de Sacram. cap. iv. inquit: *Panis iste, pa-  
nis est ante verba sacramentorum. Ubi accesserit  
consecratio, de pane fit caro Christi. Hoc igitur  
adstruimus. Quomodo potest qui panis est,  
corpus esse Christi? Consecratione. Consecratio  
autem quibus verbis est, & cuius sermionibus?  
Domini tuis. Nam in reliquis omnibus qua  
in superioribus a Sacerdote dicuntur, laudes  
Dei deferuntur, oratio petitur pro populo, pro  
Regibus, pro ceteris: ubi venit ut consecra-  
tur venerabile sacramentum, iam non suis ser-  
mionibus utitur Sacerdos, sed utitur sermionibus  
Christi. Ergo sermo Christi hoc consecrat sa-  
cramentum.**

XIX. Hoc solum testimonium Calvini di-  
caccitatem reprimat. Peripicue enim declarat  
Doctorem sanctum formam sacramentorum suam  
hanc esse in instructionibus, deprecationibus,  
aut concionibus, quae praemittunt, dum bap-  
tizantur adulti, solent; sed in solis verbis bap-  
tizandi symbola consecrantur. Hoc idem docet  
S. Augustinus tract. lxxx. in Ioan. *Accedit  
verbum ad elementum, & fit sacramentum.*  
Item *Lib. VI. de baptismo cap. xxv.* hac ha-  
bet. *Deus adest evangelicis verbis suis, ipse  
quibus baptismus consecrari non potest: & ipse  
sanctificat sacramentum suum, ut homini,  
sive antequam baptizetur, sive cum baptiza-  
tur, sive postea quandoque ad se veraciter con-  
verso, id solum valeat ad salutem quod ad  
perniciem, nisi convertentur, valeat. Plura  
alia SS. PP. testimonia praeterea brevitas  
studii.*

XX. Obiicitis i. S. Ambrosius *Lib. de mys-  
teris cap. 111.* hac scribit: *Aqua sine praed-  
icatione domiticae Crucis ad nullus usus futu-  
ra salutis est.* Cum vero salutaris fuerit  
Crucis mysterio consecrata, tunc ad usum spi-  
ritualis lavacri, & salutaris potest temporari.

XXI. Respondet, haereticos, qui similia  
Patrum testimonia obtrudunt, ludere verbum,  
& ut suis erroribus velant aliquid preben-  
dant,



dant, ea exaggerare quæ a Catholicis non negantur. Conciones, instructiones, & benedictiones, antequam sacramenta ministrantur, communiter præmitti, ulro fæcitur omnnes. Adulatorum baptisma præcedunt aqua, fontique baptismalis benedictiones. Sacram lavacrum virtute dominicæ Crucis, seu meritorum Christi Iesu salubre erudit. Hæc omnia prædicantur, priusquam adulti baptizentur. Hæc constant ex ipsi S. Ambrosii verbis: *Cum vero salutaris fuerit Christus mysterio confectus, tunc ad usum spirituales lavari, & salutaris poculi temperari.* Utique non semper, pura urgente necessitate, eiusmodi ritus adhibentur. At S. Ambrosius describit solemnes ritus quos celebrare Ecclesia solet; tamen, his etiam sublatis, validum baptisma fit. Quam inaniter heterodoxi S. Ambrosii auctoritatem obtrudant, inde patet, quod S. Doctor ibidem sequenti capite conceptis verbis illorem damnet, & Catholicorum doctrinam confirmet, dum afferit, sacrum lavacrum virtute polere sanctificam animam. Animadvertant ergo hæretici homines, nos illos haudquaquam arguere, quod doceant, sacramenta esse signalia, signacula, pignora divinæ gratiæ, & calellium promissionum; quod doceant, præcedere debere baptismi adulatorum conciones, atque instructiones: sed illos iure redarguimus, quod negent evangelica sacramenta esse symbola, & pignora præctica, ac efficiantia animarum sanctificationem.

XXII. Obicitur 2. S. Augustinus *tracl. lxxx. in Ioan. ad illa Christi verba* (Ioan. xv. *Iam vos mundi estis propter verbum quod locutus sum vobis, hæc scribit: Unde ista tanta virtus aque, ut corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur? ... Hoc est verbum fidei quod prædicamus, ait Apostolus: quia si confessus fueris in ore tuo, quia Dominus est Iesus, & crederis in corde tuo, quia Deus suscitavit illum a mortuis, salvus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Unde in Actibus Apostolorum legitur: Fide mundans corda eorum ... Hoc est verbum fidei quod prædicamus, quo sine dubio, ut mundare possit, consecratur & baptismus.*

XXIII. Missis variis Auctorum responsis, mihi aridet germana interpretatio C. P. Laurentii Berti *Lib. XXXI. cap. xi.* ubi animadvertit, S. Augustinum persequi docere, verbum evangelicis baptismi consecrari, non præcedenti concione, aut instructione. En illius innocens testimonium *Lib. III. de baptismo*

*cap. xv. ubi inquit: Integrum est sacramentum, si conflet evangelicis verbis: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: quavis eius fides, sub eisdem verbis aliud opinantis quam catholica veritas docet, non esset integra, sed fabulosis falsitatibus inquinata. Subdit M. Pater eodem de baptismo opere *Lib. VI. cap. xxv.* in his evangelicis verbis, in nomine Patris &c. contineri sacrum symbolum, quod tribus partibus constat, triumque personarum, Patris, & Filii, & Spiritus sancti prærogativas indicat. Ceterum, inquit, quis nesciat non esse baptismum Christi, si verba evangelica quibus symbolum constat, illic desuerint? Baptismum, his verbis evangelicis consecratum, ad salutem æternam regenerare, nullaque hominum pervertitate frustrari, demonstrat tibi Augustinus. In commentariis in Evangelium Ioannis Doctor sanctus docet, evangelica verba quibus symbolum constat, fide divina credenda esse. Et his verbis, quæ credenda prædicantur, conficitur baptisma. Hæc duo coniungant heterodoxi, & continuo evanescit illorum commentum.*

### CAPUT VI.

*Plures quæstioncule resolvuntur circa mutationem materiam, & formam sacramentorum.*

I. Duplex in materia & forma sacramenti mutatio distinguitur: altera substantialis, accidentalis altera, Rursus altera mutatio physica, altera theologica. Mutatio substantialis physica est substitutio unius substantiæ loco alterius: ut quando aqua ponitur loco vini, aut argentum loco auri. Accidentaliter physica mutatio est quando eadem physice substantia remanens, lubit aliquam alterationem: ut cum aqua magno frigore congelatur. Hæc mutatio, in genere physico accidentaliter, in genere theologico est substantialis. Tum enim mutatio substantialis theologica dicitur, quando inepta est ad significandum id ad quod est instituta: & aqua aqua gelu concreta inepta est ad significandam ablutioem interioem, ideo substantialis mutatio est iuxta communem Theologorum sententiam. Accidentaliter vero mutatio theologica est, si aqua sit frigida, vel calida, vel odorebus affecta, quia tunc apta remanet ad exteriorem ablutioem prægenendam, & interioem significandam. Similiter verba theologice substantialiter mutantur, quando sensum amittunt; accidentaliter vero,

ro, dum sensum retinet, & aliquam levem variationem lubent; ut mox exemplis constabit. Mutatio accidentaliter materie in sententia theologico est diversa etiam materie applicatione evincere potest: sicut quando baptisimus confertur per alperitionem, insulionem, aut effusionem aquæ. Accidentaliter variatio forme contingit, aut quia verbis quibus Ecclesia utitur, alia substituantur eisdem significationis & valoris; aut quia alia verba adduntur, vel detrachuntur, quorum tamen additio, vel detractio nec tollit, nec mutat sensum.

II. Quæst. I. *Quæ mutatio materie, aut forme nullum reddit sacramentum?* Resp. Pater: omnes convenit, substantialem solam, seu accidentalem, mutationem materie, vel forme nullam reddere sacramentum. Qui enim substantialiter variat materiam, aut formam a Christo præscriptam, variat ipsam Christi Domini institutionem, & eundem sacramenti substantiam; ergo illud destruit.

III. Quæst. II. *Quot modis induci variatio accidentaliter, vel substantialiter in materia potest?* Resp. Variis modis. Aqua congelata convertitur in grandinam, in nivem, ut iam supra indicavi; licet physice substantialiter eadem sit, theologice tamen substantialiter mutationem asserit respectu baptismi; cum inepta sit ad usum abluendi. Similiter aqua convertitur per distillationem in aquam rolaceam, substantialiter mutata est. Christinatis benedicti in christina non benedictum mutatio substantialiter est. Vinum naturale in vinum crematum mutatum, non est apta materia Eucharistiæ: quia substantialiter mutatum est. De vino congelato disputant Theologi in utramque partem, sit ne apta materia Eucharistiæ. P. Claudius La-Croix *Lib. VI. part. 1. num. 24.* partem afirmantem ut omnino probabilior defendit. Adducit P. Suarez, qui *lib. xlv. §. 1. ait,* hanc sententiam esse lere certam. Hodie hæc opinio ad praxim reduci non potest, quia in sacramentis perfectioribus ex deo est, quia in sacramentis imperfectioribus ex homine. Innocentius XI. dum de sacramentorum valore agit, ut tutorem sententiam amplectendum esse. His duabus regulis facto exceptis, facile quilibet mutationis vim percipies. Baptismus his verbis collatus, *Baptizo te in nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti,* validus esset, quod vocum terminatio imperitice latine lingue effectus sit, & sensus substantialis remaneat. Invalidus mihi esset lub hæc forma administratus, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, qui alterius sunt a Patre substantia:* quia postrema verba pravum sensum assignunt verbis evangelicis. Similiter, si quis Basilidis imbatus errore, & Marcionis, his verbis consecraret azymmum: *Hoc est corpus meum, quod aerem & umbraticum esse: nullum esset sacramentum.* Considerandum semper est, num minister sacramentorum verbi formam ob imperitiam lingue in qua consecrat, aut ob pravum finem in-

IV. Quæst. III. *Quot modis forme variatio contingere potest?* Resp. P. Dominicus Soto in *IV. dist. 1. quæst. 1. art. 8.* plures huius variationis modos recenset. Octo postmodum numerantur. 1. sit per diversum idioma. 2. per alios verbis additionem. 3. detractioe alicuius verbi. 4. verborum corruptionis.

*Conc. Theo. I. Tom. VIII.*

5. verborum transpositione. 6. interpolatioe verborum. 7. verbis synonymis. 8. verbis æquivocis. Diversitas idiomatis, & diversitas synonyma inducunt tantum mutationem accidentalem; dummodo verba synonyma eadem iuxta communem sensum essent eamdem significationem. Similiter verborum transpositio, quæ sensum non tollit, solum inducit, mutationem accidentalem. Additiones verborum solam inferunt mutationem accidentalem, quoties non destruant sensum quem præferunt evangelica verba. Interruptio pariter verborum, si tanta non sit, ut verborum sensus tollatur, non inferit substantialem mutationem; sicut neque corruptio verborum, nisi sit tanta, quæ sensum destruat, ut communitur destruit, quando corruptio contingit in vocis initio. Hoc patet in voce *Patris*, in qua si litteram P. mutes in M. confugit vox *Materis*. Corruptio vero in fine vocis communitur non inducit mutationem substantialem. Substitutiones vocum, aut litterarum, & verba æquivoca, quæ sensum mutant, substantialiter inferunt mutationem. Tunc sunt mutationes quæ accidere possunt in formis sacramentorum, ut vix recenseri valeant. Plures expendam, dum de sacramentis in particulari sermo erit. Regula generaliter evangelica verba, destruitur, variatio in substantialis. Contra, si sensus verborum consistat, tunc mutatio accidentaliter erit. Ut igitur relolvere valeas, an substantialiter vel accidentaliter sit mutatio, sensum obivium verborum semper per oculos habeto. Altera quoque regula lemper menti obvertetur, nempe, in sacramentis conferendis, dum de valore eorumdem agitur, tutorem sententiam amplectendum esse. His duabus regulis facto exceptis, facile quilibet mutationis vim percipies. Baptismus his verbis collatus, *Baptizo te in nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti,* validus esset, quod vocum terminatio imperitice latine lingue effectus sit, & sensus substantialis remaneat. Invalidus mihi esset lub hæc forma administratus, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, qui alterius sunt a Patre substantia:* quia postrema verba pravum sensum assignunt verbis evangelicis. Similiter, si quis Basilidis imbatus errore, & Marcionis, his verbis consecraret azymmum: *Hoc est corpus meum, quod aerem & umbraticum esse: nullum esset sacramentum.* Considerandum semper est, num minister sacramentorum verbi formam ob imperitiam lingue in qua consecrat, aut ob pravum finem in-

ducendi aliquam hæresim. In hoc posteriori casu variatio substantialis est, & nullum red, dit sacramentum.

V. Quæst. IV. *Quodnam peccatum perpetret qui in percipiendis sacramentis aliquid fide in materia, sive in forma mutat?* Resp. Quæcumque deliberata mutatio in materia, vel forma sacramentorum culpabilis est. Major vero aut minor culpa erit, iuxta minorem aut maiorem variationem. Si mutatio substantialis fiat aut ex prava deliberatione, aut ex causa negligentiâ, mortali, & quidem gravissima, culpa erit factibilis. Maxima quippe iniqua irrogatur & Deo sacramentorum auctori, & suscepti, qui fructu sacramenti privatur. Letale quoque crimen perpetraret qui aut novus induceret ritus in sacramentorum administratione, aut prescriptis ab Ecclesia committeret, ut ex Concilio Tridentino sess. VII. de Sacram. in gen. can. XIII. colligitur. Si quis dicentis, *recipio & approbo* Ecclesia catholica ritus, in solemnâ administratione sacramentorum adhiberi consuetos, aut contenti, aut sine peccato a ministris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari possit, animum vitæ, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari possit, letali immunitis minister ex officio est, si mutatio notabilis fuerit. Quin ne quis ignorantia infragatur ministro ex officio: quia scite teneat ea que ad suum munus obeundum necessario requiruntur. Excitati dumtaxat laicos possit a letali culpa, si necessitate urgente baptizans, aliquo modo in materia, vel forma deheret. Oblitrices tamen talia facta sunt oportet in us que ad prescriptam verborum formam in baptismo confendo necessaria sunt.

VI. Quæst. V. *Que mutationes accidentales minus graves, letalem culpam inferant?* Res. Plures enumerant ab Autoribus Sacros latini mortaliter peccatet, qui Grecorum formam adhiberet, sic baptismum administrans: *Baptizatur formam Christi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Peccatet quoque letaliter Sacerdos latinus qui alieno idioma in administratione sacramentorum uteretur; quæquid fabularetur Proculantes. Solum matrimonium vernacula lingua confici valet. Oblitrices quoque lingua vernacula administrare baptismum expedit: quoniam sic obriens Ecclesie latine utilis. Rursus peccatet letaliter Sacerdos latinus, qui more Græcorum consecraret in fermentato. Item qui in consecratione calcis diceret hæc verba, *veni, & æterni testamenti.*

ti. Sed plura dicentur, dum singula sacramenta explicabuntur.

VII. Quæst. VI. *Licetum ne est in percipiendis sacramentis uti materia, vel forma dubia?* Resp. In sacramentis que sunt necessaria necessitate medi ad iustificacionem, urgente extrema necessitate, licetius est usus materie, aut forme dubie, ut defendunt communiter Theologi. S. Augustinus Lib. I. de aduersariis contrarijs cap. xxviii. docet, baptizandum catechumenum, si desperatus faceret, nec valeat respondere, etiam si vivente coniuge, adulterina consortia retinens; qui tamen laus exillens ad baptismum non admittitur. Similiter addit, impertendam esse penitentiam reconciliationem morturo loquela desituro, tamen si ob pravam vitam actam, dubia sit eiusdem dispositio, leu contritio, inueniens: *Nec ipsos tuam sine arbori in a pacis terræ velle debet mater Ecclesia.* Nonne, argumentatur Augustinus, pro ditori propriis manibus corporis sui iactationem distribuit Christus Dominus, quamquam prohibeat sanctum dare canibus? Sacramenta enim pro hominum salute sunt instituta, non homines propter sacramenta. Ideo Christus Dominus vult ob infirmitatem suam nos caritatem, ut cum periculo etiam sacramentorum, hominum saluti provideatur, quando provideri alia via nequit. Heinc puero morturo, deficiente aqua limpidâ, poterit aqua alio liquore vitata baptismum administrari. Sacri canones præscribunt penitentia ministris ut fidelem animam agent, & nutu, aliove signo reconciliationem petenti, abolitionis remedium impertiant; quamvis pietatis operibus suam non probaverit contritionem.

VIII. Extra casum necessitatis extreme illicitum est uti materia, aut forma dubijs, etiam in sacramentis necessitate medi ad salutem requisiti. Hæc communis sententia est Patrum, & Theologorum. S. Augustinus Lib. I. de baptismo cor. Donatus ubi sermonem habet de illis qui certus esset de baptismo Catholicorum, & dubius de Baptismo Donatistarum, hæc præscribit regulam. *Graviter peccatet in rebus ad salutem anime pertinentibus, vel ea solo quod certis in rebus præceterat. Quam doctrinam confirmavit Innocentius XI. dum thelin procripsit cap. i. re latam.*

IX. In alijs sacramentis a baptismo, & penitentia illicitum est usus forme, aut materie dubie, etiam necessitate urgente; quoniam ratio cur licitus sit usus forme, aut materie dubie in baptismo, & penitenti-

ria, urgente extrema necessitate, est periculum æterne damnationis. Huic autem periculo anima non subiacet, si cetera sacramenta omittantur. Nequit itaque Sacerdos consecrare in materia dubia, ut morturo lacram communionem præbeat, neque eidem licet uti liquore de quo dubitat sit ne verum oleum, ut unguat fidelem morti proximum. Similiter licitus non est usus materie dubie sub forma conditionali. Quandoquidem sacri Canones, Patres, & Theologi ulum materie dubie licitum afferunt in solo extrema necessitatis casu. Ergo qui ultra casum necessitatis sub conditione abolitionem impertire, graviter peccatet, si dubitaret esset ne abolitionis sufficienter contritus.

X. Quæst. VII. *Quo tempore obtinuit usus forme conditionalis?* Resp. Forma conditionalis hæc est: *Si nondum baptizatus es, ego te baptizo &c.* Communis Theologorum lententia est, hæc conditionalem formam antiquitatis esse, hanc usque ad seculum VIII. fuisse in usum. Idque adduciis mottiis evincunt. Saeculo III. fervente controverfia, valeret ne baptismus per aliquidiam administratus dicitur, sed in lecto de competentibus, S. Cyprianus episc. lxxvi. ad Magalum, se existimare ait, gratiam illos absentes esse. Sublit vero: *Si aliqui existimat eos nihil consecutos, eo que aqua salutaris tantum profusit, sed inanes, & vacui sunt; non desistant, ut si in modum longævitas exaserint, & convaleserint, baptizentur.* Nulla hic conditionalis forme mentio, oportune aliquando laudenda. Item Concilium Aracelense I. anno 314. celebratum statuit, ut baptizati ab Ariano, si ignorant an fuerint invocato Trinitatis nomine baptizati, & interrogati non responderint hæc Trinitatem, baptizentur, nulla facta conditione mentione. Hoc ipso delineente seculo Concilium Carthaginiense V. can. vii. præscribit, ut baptizata omni hesitatione baptizetur infans, si certissimum non importat ritum qui eos baptizent esse sine dubitatione talem, neque ipse sunt per aiam idonei detraditis sibi sacramentis respondere. Neque hic conditionis commemoratio fit. S. Gregorius Magnus Lib. VII. episc. xviii. in dubitatione de collato baptismo, confirmatione, & Ecclesie dedicatione hæc statuit: *Ut baptizentur tales, ac confirmantur, atque Ecclesie canoni deditur, non tate dubitatio ritum fidelibus fiat, quoniam non monstratur iteratum quod non certis indicijs ostenditur rite peractum.* Si usus obmississet forme conditionalis, dubio procul in his, aliisque monumentis aliquid apparetur

indicium, cum iterandi sacramenti casus narrentur.

XI. Que hæctenus dicta sunt, luculentius confirmantur. Quia seculo VIII. usus forme conditionalis obmittit, evidens expressa habetur mentio. Nam Lib. VII. Capitul. Caroli Magni cap. xxxiii. ulum forme conditionalis præscribitur his verbis: *De quibus dubium est utrum sint baptizati, an non, omnimodis, absque omni scrupulo baptizentur, his tamen verbis præmissis: Non te rebaptizo, sed, si nondum baptizatus es, baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Utraque hæc sunt non tantum universaliter erant vel in ipso Gallico. Nam Lib. VII. c. cccclxi. hæc legitur statuta. *Placuit ut infantes, quando non presentibus certissimi testes quoscumque dubitatione baptizatos esse talem, ego te ipsi sunt per aiam idonei detraditis sibi sacramentis respondeat, absque ullo scrupulo tempore legitime baptizentur. . . . Quoniam quod non ostenditur gestum, ratio non sinit ut dicatur iteratum.* Nulla hic conditionis mentio. Quod argumento est recentem fuisse hoc seculo usum hunc conditionis. Nulla enim constat recentior introducta contra a populo omnes Ecclesias obtinet, sed lentio pede dilatatur.

XII. Saeculo XII. apud omnes Latinorum Ecclesias conclusit huius forme conditionalis communis evelatur. Nam eundem ulum præscriptus habetur in corpore rivi canonici auctoritate Gregori IX. S. Raymondus O. P. opera promulgato, ubi cap. De quibus de baptismo hæc habetur. *De quibus dubium est an baptizati fuerint, baptizentur his verbis præmissis: Si baptizatus es, non te baptizo, sed, si nondum baptizatus es, ego te baptizo &c.* Hæc Decretalis fuit Alexandri III. qui seculo circiter præcessit Gregorium IX. Unde solent colligunt, aliam ante Gregorium IX. forme conditionalis amplificationem fuisse, ad inde inferri nequit, communem apud omnes Latinorum Ecclesias fuisse, antequam Decretalis rivi canonico inferta promulgaretur. Et hoc magis constat ex Petro Cantore Doctore Parisiensi, qui ante Gregorium vixit, & hæc ulam reicit, inuens: *In confirmatione, aut in baptismo, de quo dubitatur an susceptus, non approbamus conditionem applicandi sic: Si non es baptizatus &c. quia sacramenta non sunt conditionaliter conferenda.* S. Thomas III. Part. quæst. lxxviii. artic. 7. ad 2. hæc formam conditionalem adhibendam suggerit, ut ritum extra controversiam positum. *Si alio desit intentione suspensus sacramentum, esse reba-*

prizandus. Si tamen hoc non constaret, esset dicendum: Si non es baptizatus, ego te baptizo.

XIII. Ufus formæ conditionalis primum obtinuit in administratione sacramentorum quæ iterari nequeunt. Hoc colligitur ex indicatis monumentis, in quibus solius baptismatis, aut confirmationis, aut ordinis mentionem fit. Vix reperitur vestigium formæ conditionalis ante Tridentinum in aliorum sacramentorum administratione. Post Tridentinum plures Auctores defendunt usum formæ conditionalis etiam in administratione sacramenti penitentiae. Revertunt Clementem VIII. hominem labentem e fabrica Vaticani, abolivisse hæc conditionem: *Si es capax, absolvo te* &c. Hominem inopinato morbo correptum, qui nullum edere signum, animi contritionem manifestans, valet, absolvi posse sui conditione, nec ipse negare adeo. Extra necessitatem extremam calum usus formæ usum in administratione sacramenti penitentiae ego non probò. Confessarii nonnulli, quoties dubitant de penitentis dispositione, sit ne sufficiat contritus, abolvere eum sub conditione solent. Mos ille mihi minime probatur, tum quod nullum in antiquitate vestigium formæ conditionalis in istius sacramenti administratione; tum quod formæ sacramentorum a Deo ipso instituta, & prædestinate nullo modo alterari debent, neque verborum additione, extrema necessitate sublati. Si enim penitens compos sui sit, & dubitatio oritur, impertita ne absolvo sit; novum ecat doloris actum, & denuo peccata confiteatur, & absolute absolvo: quia tum non iterari idem novum sacramentum, etiam illi data prius absolvo fuisset; sed novum sacramentum administratur. Quoniam hæc eadem sint peccata, actus tamen penitentis, qui sunt proxima sacramenti materia, idem non sunt. Si dubia sit possessio penitentis sani, inique compos; tunc instruat, & differat absolvo, donec duplicitus prudenter cognoscatur. Pures Confessarii, quorumdam Calositarum lesiones decepti, quoties dubitant, sint ne adolecentes, aut peccatores communitate prava deprinchi dispositi nec ne, ut sibi caveant, & rem in toto collocent, continuo conditione adiecta, *Si capax es, eisdem absolvo*. Porro qui sine extrema urgente necessitate alteram formam a Christo institutam, maxime in iuriarum institutioni, qui absolvitur, non conditionales formas instituit, irrogat. Cauti ergo sint sacri ministri, & dum industria, ac labore instruat, & disponent penitentes suos possunt, non

adeant formæ a Christo Domino præfinitæ quidquam adiciere. Verum plura de his in tractatu de penitentia.

### CAPUT VII.

De sacramentorum evangelicæ legis numero, & dignitate.

I. Sacramentorum numerum, & dignitatem sacrum Concilium Tridentinum definit *sess. vii.* & ad numerum quod attinet, hæc formavit canonem 1. his verbis conceptum. *Si quis dixerit, sacramenta novæ legis non fuisse omnia a Iesu Christo Domino nostro instituta, aut esse plura, vel pauciora quam scriptum, et videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Penitentiam, extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquod horum septem non esse vere & proprie sacramenta; anathema sit.*

II. Adversus hunc septenarium numerum primo Lutherus, post Calvinus, deinde Lutherani, & Calviniani omnes, agmine factò, conclamant ad arma, & de more, non modo contra catholicum dogma, verum etiam contra semetipsos bellum excitaverunt interlinium. Reiecta quippe firma veritatis regula, Ecclesie scilicet auctoritate & iudicio, continuo dispersi & confusi, linguis ex ingenio sacramentorum numerum diminuunt, auxeruntque. Lutherus primum unum solum, post duo admisit sacramenta; immo *lib. de Captiv. Babylon.* aperte restat, se non damnare septem sacramenta; sed ait, illa ex divinis Scripturis probari non posse. Angli sub Henrico VIII. septem admisit sacramenta, ut ipsorum hæreticorum testimonium *Ci. Bosluetus demonstrat lib. VII. Hist. variat. Lutherani in Apolog. Confess. Augustan. ad ser. 13. tria admittunt sacramenta, baptismum, confirmationem, & abolitionem.* Brennus, & Melancthon tria, Lucas Lollius quatuor recipiunt. Hugo Grotius *Tom. I. pag. 698.* inquit: *Sacramentorum sex quædam per se latius patet, præter tamen strictius sumpsit ad septem illos ædus externos interna significantes referri, quarum quævis in Scripturis est mentio, ut Baptismi Matth. XXVIII. Marc. XVI. Confirmationis Act. VIII. Eucharistie Matth. XXVI. ... Ordinationis I. Timoth. IV. Penitentiae Matth. XXVIII. I. Cor. V. ... Matrimonium Ephes. I. Unctionis infirmorum Marci VI. Iacobus. Emittentur hæc ex quo iterum more sacramenta hæc possunt, illa septem agnoscent & Lutherus, & Melancthon.*

III. Communis hodie hæreticorum sententia, tam Lutheranorum, quam Calvinitarum, duo tantum recipit sacramenta, baptismum, & Eucharistiam. Calvinus in *Antidoto* contra 1. can. Trident. more suo negatur. *Volunt, inquit, septem a Christo instituta esse sacramenta. Cur ergo non ipsum iubebant institui? Nobis cur succenseant, nihil est caussæ. Ipsa arguendi ratio, non succedenti Calvinio, sed illius cecitatem legendi, causam præbet. Duo ille sacramenta admittit. Cur non iussit ut illa instituerentur? Septem nos numeramus sacramenta, quia totidem Christus instituit. Martinus Chemnitius in *examini. Concil. Tridentini part. 2. ad 1. can.* Calvini vestigia præmit, contra hæc septenarium numerum effutans, Tridentinos Patres statueri *sive omni probatione talia sacramenta in N. Testamento non esse plura, vel pauciora quam scriptum; cum expresso septenarii numeri nec in Scriptura, nec in tota veteri & priori antiquitate demonstrari possit.* Ostendat Chemnitius cum suis Lutheranis expressionem binarii numeri in Scriptura divina reperire. Res numeratas septenario numero in Scripturis sanctis peripicue a Deo institutas reperiri ostendimus, & hoc satis nobis est ad obttruenda Lutheranorum, & Calvinistarum ora mendacia, & impostura, quemadmodum ceteri, mendacis, & imposturae de more contra Catholicos bellum gerit. Congruentias quas Theologi nostri cum S. Thoma assignarunt divinis institutionibus, antequam Lutherana secta e tenebris erumperet, Chemnitius bilaterat esse rationum momenta quibus adstruimus sacramenta nec plura, nec pauciora esse quam septem. Hæc autem est pudissima calumnia: nam omnes Theologi catholici ex duplici fonte eruant hæc sacramentorum numerum, neque ex divinis Scripturis, & perenni omnium Ecclesiarum traditione. Deinde, demonstrato factò, Christum tempore reipæ seipsum instituisse sacramenta, quædam hæus divinx institutionis congruentias explicant.*

tenitiæ legitimus Ioann. ix. *Sicut misit me Pater & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflavit, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittantur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.* Sacramenti extremæ unctionis institutionem exponit S. Iacobus epistol. catholica cap. v. *Infirmari qui in vobis? Inducatur Presbyterus Ecclesie, & orent super eum, unguentes eum oleo in nomine Domini; & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus; & si in peccatis sit, remittentur ei.* S. Paulus I. ad Timoth. IV. sacramenti ordinis meminit. *Noli negligere gratiam que in te est, que data est tibi per prophetam, cum impone manuum Presbyteri.* Postremum idem Apollolus matrimonii sacramentum luculentè homo patrem, & matrem suam, & adherbit uxori suo; & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magna vi est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia; est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia; est.

V. Bilaterat Lutherani, & Calviniani, ex recentibus divinis Scripturis colligi tantum sacras esse ceremonias, hæc sacramenta, que ibi descripturæ. Sed hoc iuxta consuetudinem illorum est. Quis iudex sedebit, qui germanum transcriptorum textum sentium definit? Apostate Lutherus, & Calvinus? Pudet perdulces homines tribunal erigere adversus universam Ecclesiam. Perennis Ecclesie traditio nos certos reddit, vere & proprie sacramenta loc. cit. descripti: quod brevissime evinco.

XI. Et primum, tempore quo Lutherus, & Calvinus nefaria secessionis vexillum explicarunt, universa Ecclesia catholica, sive occidentalis, sive orientalis dogma protestante septem sacramentorum. Ad occidentalem Ecclesiam quod attinet, vel ipsi hæresarchæ fatentur, septem sacramenta hæc admisisse, inveda, ut ipsi garrunt, ab otiosis Monachis, antiqua fide reiecta. De orientali res quoque comperta est. Edisserant novatores, quo tempore, in quo Concilio Ecclesie Græca item septem septenario sacramentorum numero Ecclesie Latine intentaverit. Numquid Græci perpetuum silentium transverasent, si in hoc puncto ab illorum Ecclesia Latini discedissent? Quid quod non minus Græci quam Ecclesia occidentalis novatoribus nostris improprietatem errorem negati septenarii numeri sacramentorum? Nam Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus ad *Confessionem Augustanam* sibi missam a Theologis Vittembergensibus, hoc præbuit responsum, ut habetur *Tom. I. Perp. Trib. Lib. I. cap. 111.* his verbis conceptum. *Ceremonias*